V, 1 seducantur LT a^1 || 5 malunt T κ || 8 si om. β || percenseas : pergentes β || et a se : ipsa se κ $a^{1-2}gm$ || comprobent V LT κ $a^{1-2}gm$ || 10 et om. LT P $a^{1-2}gm$ || 13 possunt CP $a^{1-2}gm$ || 14 semet : + ipsos P || ostendi V || 15 inconculcatum CP || 16 et in om. P || 17 significationem : uim B om. T || 19 horeb *edd.* || 20 dicantur : desiderantur V || deus² : dominus CM *mo* om. V || 21 ego om. P || 22 et² om. P || demutor : mutor B^{pr.m.}V *praem.* de B^{sec.m.} || 23 non³ : + dabo B^{sec.m.} || est : + non CP

V. a. Deut. 6,4 b. Deut. 32,39 c. Mal. 3,6 d. Is. 42,8

1. Cf. QUINT., *Inst.*, XII, 1, 33.

V. *Si les juifs se trompent encore
sur d'autres points, hormis le fait
qu'ils ne croient pas au Fils de Dieu*

APOLLONIUS. 1. Il ne fait aucun doute que, sur la base de ces témoignages, on ne peut en aucune manière se soustraire à la foi, et que même les juifs eux-mêmes, à moins de préférer encore davantage perdre la raison, ne doivent pas rejeter sans s'émouvoir de telles preuves, du fait surtout que, tirées de leurs propres livres, leur pureté est si claire et transparente que, même si on les passe en revue sans qu'il y ait quelqu'un pour les défendre, elles se prouvent encore par elles-mêmes¹. 2. Pourtant, je désirerais apprendre sur la base de quels exemples ces mêmes juifs se séparent de nous et pas seulement qu'on me fasse connaître les bons exemples, mais aussi leurs contraires², car la vérité d'une doctrine ne peut être dite parfaite que si, à ceux qui se trompent, elle ne montre pas seulement en quoi ils peuvent se corriger, mais aussi en quoi ils se pervertissent par eux-mêmes.

ZACHÉE. 3. Tu te souviens que je t'ai très souvent mis en tête qu'il n'y a qu'un seul Dieu, cela veut dire une seule divinité de la Trinité, et qu'on signifie, en utilisant ce terme, une seule substance, non une seule personne. Mais les juifs tirent une erreur et une occasion de pervertir la foi du fait qu'il leur est dit par la voix du Seigneur au Mont Horeb : «Écoute Israël, le Seigneur ton Dieu est un seul Dieu^a»; et encore : «Je suis Dieu, et en dehors de moi il n'y a pas de Dieu^b»; et en troisième lieu : «Je suis Dieu et je ne change pas^c. Je ne donnerai pas ma gloire à un autre^d.» 4. Il ne dit en

2. Pour l'argumentation à partir de l'*exemplum contrarium*, voir QUINT., *Inst.*, V, 11, 13-14. Ici, il s'agit des citations scripturaires (*exempla*) que, selon l'auteur, les juifs utilisent dans leur argumentation contre la Trinité.

huic tantum dabo, per quem uobis ab initio amissam
 25 immortalitatem in melius reparari in praedestinatione
 constitui. Demutari autem uere non potest, qui dispendium
 augmentumque non recipit. Cum uero alia diuinitas non
 sit, necesse est ut deus alius non dicatur. **5.** Hoc tamen
 Iudaeis de unitate diuinitatis non tamquam nescientibus
 30 dictum est, sed ad idola transgressuris praedictum, ne
 deos scilicet aut interpretarentur aut colerent, qui unum
 in substantia et maiestate cognoscent. Illud praeterea
 clarum est, cum deus de mundi et hominis creatione dis-
 poneret, sacramentum trinitatis ostensum, scriptura di-
 35 cente : *Et dixit deus : Faciamus hominem ad imaginem
 et similitudinem nostram*^e. **6.** Cum dicit *nostram*, prodit
 utique non unius. Cum uero *ad imaginem et similitu-
 dinem* profert, aequalitatem distinctionis insinuat, ut in
 eodem opere sit trinitatis aperta cognitio, in qua nec plu-
 40 ralitas cassa est, nec similitudo dissentiens, dum et conse-
 quentia sic traduntur : *Et dixit deus : Fiat*^f, et *fecit deus*^g,
 et *benedixit deus*^h. **7.** Deus ergo Pater faciunda denuntiat,
 Filius perficit dicta, sanctus Spiritus benedictione confirmat.
 Et necesse est ut creationis totius auctor deus unus sit,
 45 tametsi est enuntiantis sermo *faciamus*. **8.** Quam fidei

TEST. V, l. 33-52 cum deus... tibi pacem: VICT. VIT., *Hist.*, II, 79-80 (CSEL 7, p. 59, 1-18)

24 ab initio om. V || 26 qui: quod CM || 27 recipiat V || uere a¹-
 2gm || 28 tamen: + a LT || 30 ad om. L || 32 substantiae maiestate κ
 a¹ || cognouissent B^{pr.}m-V cognoscent LT cognoscerent κ a¹-2gm ||
 36 cum dicit nostram om. C || 37 ad om. κ || 37-38 similitudinem:
 + nostram BV || 38 ut om. CP || 39 eodem: eo CP || apertae BV ||
 qua: quo β || 40 causa LT || 42 deus² om. CP || 43 perfecit LT κ a¹ ||
 45 tametsi: tamen si VT || sermone β

e. Gen. 1,26 f. Gen. 1,6 g. Gen. 1,7 h. Gen. 1,28

tout cas pas : «à personne», mais «pas à un autre¹». Cela veut dire : je la donnerai seulement à celui par lequel, comme je l'ai établi dans ma prédestination, l'immortalité perdue depuis le commencement sera restaurée pour vous dans un état encore meilleur. D'autre part, celui qui n'admet aucune perte et aucun accroissement ne peut pas changer véritablement. Et comme il n'y a pas d'autre divinité, il est nécessaire qu'on ne parle pas d'un autre Dieu. **5.** Pourtant, cette parole touchant l'unité de la divinité n'a pas été dite aux juifs comme à des gens qui auraient été ignorants, mais leur a été dite d'avance parce qu'ils étaient disposés à passer aux idoles, afin qu'ils ne comprennent pas qu'il y avait des dieux et ne les adorent pas, eux qui avaient reconnu le Dieu unique dans sa substance et sa majesté. En outre, il est clair qu'au moment où Dieu mettait en place la création du monde et de l'homme, le mystère de la Trinité a été manifesté, lorsque l'Écriture dit : «Et Dieu dit : Faisons l'homme à notre image et à notre ressemblance^e.» **6.** Quand il dit «notre», il affirme indiscutablement que ce n'est pas d'un seul qu'il s'agit. Et quand il affirme : «à l'image et à la ressemblance», il fait connaître l'égalité qui est liée à la distinction, si bien qu'on trouve, dans cette même œuvre de création, la connaissance évidente de la Trinité, en laquelle la multiplicité n'est pas annulée et où la ressemblance ne comporte aucune discordance, puisque ce qui suit est encore transmis dans les termes suivants : «Et Dieu dit : Soit^f, et Dieu fit^g, et Dieu bénit^h.» **7.** C'est donc Dieu le Père qui annonce ce qui est à faire, c'est le Fils qui accomplit les paroles, c'est le Saint-Esprit qui fortifie par sa bénédiction. Et il est nécessaire que Dieu, auteur de toute la création, soit unique, bien que celui qui parle utilise le mot : «faisons». **8.** Et fina-

1. Cf. HIER., *Is.*, 42, 8 (CCSL 73A, p. 482).

rationem antiqua denique per Moysen benedictio pandit et comprobatur, qua benedicere populum sacramento trinae inuocationis iubetur. **9.** Ait enim deus ad Moysen: *Sic benedices populum meum, ut et ego benedicam illos: benedicat te dominus et custodiat te, illuminet dominus faciem suam super te, et misereatur tui, attollat dominus faciem suam super te, et det tibi pacem*¹. **10.** Vnde intellegis non interesse indissociabilis atque indemutabilis dei, si non ad omnes sententiarum proprietates humanae efficientiae uerba conspirent, cum euidenti fidelium intellectui sit relictum ut quod creari a deo uel effici dicitur, agi et effici semper a trinitate credatur.

VI. Si dominicae passionis sacramenta prophetarum oraculis sint praedicta

APOLL. PHILOS. **1.** Specialibus documentis Christi natiuitas in deo et homine monstrata est, atque indubitanter apparuit sanctum Spiritum in eadem substantia permanentem sacramentum perfectae trinitatis implere. **2.** Vnde nunc eadem, si suppetit, scripturarum editione confirma utrum et dominicae crucis praedicta sit passio, uel si in aliquo legis ueteris corpore uenerandae mortis indicia praenotentur, ut sollicitudine parumper indulta hanc denique sacri operis partem ordo coeptae eruditionis illustret, quam dudum simplicis traditionis informatio reuelauit.

TEST. V, I. 46-52 antiqua denique... tibi pacem: ISID., *Eccl.*, I, 17 (CCSL 113, p. 19, 2-8)

47 et comprobatur om. BV || populum: + in V || 49 ut om. κ || 50 te²: + et T a¹⁻²gm || 51 tui: tibi T^c || attollat: et tollat T || 51-52 et - te om. L || 53 atque indemutabilis om. β || 54 humana V T || 56 et om. C || 56-57 agi et effici om. T a¹

VI, 6 perfectae: + et T || trinitatis perfectae L || 9-10 praenotantur B^{ac}V LT κ a¹⁻²gm

i. Nomb. 6,23-27

lement, cette doctrine de la foi est dévoilée et confirmée à travers Moïse, par une ancienne bénédiction, dans laquelle il reçoit l'ordre de bénir le peuple par le rite d'une triple invocation. **9.** Dieu dit en effet à Moïse: «Tu béniras ainsi mon peuple, afin que moi aussi, je les bénisse: Que le Seigneur te bénisse et te garde, que le Seigneur fasse s'illuminer sur toi sa face et ait pitié de toi, que le Seigneur lève sur toi sa face, et qu'il te donne la paix¹.» **10.** Tu comprends donc qu'il n'est d'aucune importance pour Dieu, qui est indivisible et immuable, que les mots dont l'homme dispose ne s'accordent pas avec tout ce que signifient leurs affirmations, puisqu'il demeure clair à l'esprit des fidèles qu'il faut croire que c'est la Trinité qui fait et produit toujours ce qui est dit créé ou produit par Dieu.

VI. Si les mystères de la passion du Seigneur ont été prédits par les oracles des prophètes

APOLLONIUS. **1.** Tu m'as montré par des illustrations spéciales la naissance du Christ en Dieu et dans l'humanité, et je ne puis douter que l'Esprit-Saint accomplit le mystère de la Trinité parfaite en demeurant dans la même substance qu'elle. **2.** C'est pourquoi, confirme-moi à nouveau par la citation des Écritures, à condition que tu en aies à ta disposition, si la passion du Seigneur sur la croix a été également prédite, et si, en quelque ouvrage de la loi ancienne, les signes de sa mort vénérable sont indiqués par avance; ainsi, en consacrant un peu de soin à cela, le déroulement de l'exposé que tu as entrepris tirera enfin au clair cet aspect de l'œuvre divine que m'a révélé tout à l'heure¹ l'enseignement de la claire doctrine que tu m'as transmise.

1. Cf. CZA II, 4, 3.

ZACH. CHR. 3. Est plane omnium scripturarum non solum de passione, uerum etiam de resurrectione caelique
 15 conscensu aperta praedicatio, atque in nobis dei regnum a Christi passione coepturum praescia prophetarum ora cecinerunt, Dauid prae caeteris sic loquente: *Dicite in gentibus: Deus regnauit a ligno*^a. 4. Non quod non semper a conditione nostra sub dei imperio fuerimus, sed,
 20 quamdiu ab eius cultu ac uoluntate dissensimus, aestimati sumus alieni. Vnde et Moyses praedictum populum prophetice increpat dicens: *Erit pendens uita tua ante oculos tuos, et timebis die ac nocte, et non credes uitae tuae*^b.
 5. De quo et in Numeris ita scriptum est: *Non quasi*
 25 *homo deus suspenditur, nec quasi filius hominis minas patitur*^c. Vere enim in ea exprobratione, quod se dei Filium diceret^d, cuncta perpressus est; et non ut homo datus est morti, quem non a crimine crux recepit. 6. Per Amos uero prophetam Spiritus loquitur, die media, sicut
 30 factum est in passione illius, noctem futuram. Ait enim: *Et erit in die illa, dicit dominus, occidet sol meridie, et dies lucis obtenebrabitur super terram*^e. 7. Et Hieremias: *Exterrita est, quae parit, et timuit anima eius. Subiit sol, cum adhuc medius dies esset, et confusa est*^f. Sub uerbis
 35 autem ipsius domini etiam tormentorum atque illusionis iniuriam Esaias apertissime declarauit dicens: *Dorsum*

TEST. VI, l. 16-17 praescia... cecinerunt: ISID., *Fid.*, I, 5, 5 (PL83, 461B)

TEST. VI, l. 28-34 per Amos... est: ISID., *Fid.*, I, 45, 1-2 (PL83, 489B)

16 concepturum CP || 19 a om. κ || 22 uita: uia P || 24 ita om. C || 25 minas om. L || 25-26 patitur minas C || 27 perpensus C || 29 uere P || spiritus: christus B LT || 31 sol: + in B || 32 dies lucis: in die lux κ || 33 paret V || 34 media L || 36 isaias P

VI. a. Ps. 95,10 b. Deut. 28,66 c. Nomb. 23,19 d. Cf. Mc 14,62-63 e. Amos 8,9 f. Jér. 15,9

ZACHÉE. 3. Il y a certainement dans toutes les Écritures une annonce claire non seulement de sa passion, mais aussi de sa résurrection et de son ascension au ciel, et les bouches des prophètes qui connaissent l'avenir ont chanté que le Royaume de Dieu commencerait parmi nous dès le temps de la passion du Christ, comme le dit David encore mieux que les autres: «Dites parmi les païens: Dieu a régné du haut du bois^a.» 4. Cela ne veut pas dire que nous n'avons pas toujours été, depuis notre création, au pouvoir de Dieu, mais qu'aussi longtemps que nous nous sommes écartés de sa volonté et de son culte, nous avons été considérés comme étrangers. C'est pourquoi Moïse apostrophe d'une manière prophétique le peuple dont j'ai parlé, en disant: «Ta vie sera suspendue devant tes yeux, et tu craindras jour et nuit, et tu n'auras pas confiance en ta vie^b.» 5. C'est à ce sujet qu'il est écrit aussi dans les Nombres: «Ce n'est pas comme un homme que Dieu est suspendu au gibet et ce n'est pas comme un fils d'homme qu'il endure les menaces^c.» En effet, c'est vraiment parce qu'on lui reprochait de se dire lui-même Fils de Dieu^d qu'il a dû tout endurer jusqu'au bout; et il n'a pas été livré à la mort comme un homme, car ce n'est pas à la suite d'un crime que la croix l'a reçu. 6. Par ailleurs, l'Esprit affirme par la bouche d'Amos qu'il fera nuit au milieu du jour, comme cela s'est produit dans sa passion. Il dit en effet: «Et il arrivera ce jour-là, dit le Seigneur, que le soleil se couchera au milieu de la journée, et que la lumière du jour s'enténébrera sur la terre^e.» 7. Et Jérémie: «Celle qui enfante a été terrifiée, et son âme saisie de crainte. Le soleil se coucha alors qu'on était encore au milieu du jour, et elle fut remplie de confusion^f.» D'autre part, Isaïe, rapportant les paroles du Seigneur lui-même, a aussi très clairement manifesté l'offense que celui-ci subirait dans les tortures et les moqueries, en disant: «J'ai pré-

meum posui ad flagella, et maxillas meas ad palmas, et faciem meam non auerti a foeditate sputorum^g. 8. Hinc et per Dauid ante praedixerat: Foderunt manus meas et pedes, et dinumerauerunt uniuersa ossa mea. Ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me. Diuiserunt sibi uestimenta mea, et super uestem meam miserunt sortem^h. 9. Nota omnibus causa est, a militibus, qui eum cruci dederant, uestem illius fuisse diuisam, et unum ex omnibus uestimentis cessante iudicio sorte transcriptumⁱ. Aceti similiter et fellis admixtio, quam idem Iudaei pendenti in cruce domino dederunt, per Dauid longe ante praedicta est sic loquentem: Dederunt mihi in escam fel, et in siti mea potauerunt me acetoⁱ. 10. Ita et per Zachariam de uulnerum acerbitate conquestus est dicens: Intuebuntur in me, quem transfixerunt^k. Lancea enim latus illius penetrantes, quia frangere os iam defuncto saeuientibus non licebat, quod olim Moysi dictum fuerat impleuerunt. 11. Ait enim dominus ad Moysen: Accipe agnum maturum anniculum ab agnis et haedis, et occidet eum omnis multitudo synagogae ad uesperum, et manducabunt ea nocte, et os non frangetis ex eo^l. 12. Latrones denique suspensioni eius esse iungendos Spiritus prophetauit dicens: Et depeccabitur cum iniquis^m. De pactione uero infelicis Iudae, qui unus ex apostolis fuit, et saluatorem acceptis triginta

TEST. VI, l. 44 uestem... diuisam: ISID., *Fid.*, I, 38, 1 (PL83, 486B)

TEST. VI, l. 45-47 aceti... domino: ISID., *Fid.*, I, 39, 1 (PL83, 486B)

39 per: pater κ || 40 pedes: + meos CM *a*¹⁻²gm || uniuersa: omnia BV || 41 inspexerunt CM || 43-44 cruci dederunt CM crediderant L || 45 cessante iudicio: esse ante iudicium [-cio T] LT *a*²gm || 46 lidem *a*¹⁻²gm om. κ || 47 cruce: ligno B || 48 mihi in escam: in escam meam CM || 50 intuebantur κ || 51 enim om. V || penetrantes B penetrante κ *a*¹ || 52 defunctorum V || 53 olim: enim C || 54 moysen edd. || accipient κ *a*¹⁻²gm || 56 ea: eum V || 58 eius: ei *a*¹ || 59 de peccatione P depeccationem LT defectionem B^{pc} despectionem B^{ac} V

senté mon dos aux fouets, et mes joues aux soufflets, et je n'ai pas détourné ma face de l'outrage de ceux qui crachaient sur moi^g.» 8. C'est pourquoi, le Seigneur avait aussi annoncé auparavant par la bouche de David: «Ils ont percé mes mains et mes pieds et ont compté tous mes os. Eux-mêmes ont fixé les yeux sur moi et m'ont examiné. Ils ont partagé mes habits et tiré au sort mon vêtement^h.» 9. Voici un fait connu de tous: c'est par les soldats qui l'avaient livré à la croix que son vêtement a été partagé, et qu'un seul de ses habits a été attribué par tirage au sortⁱ, car ils avaient renoncé à en juger eux-mêmes. Pareillement, le mélange de vinaigre et de fiel, que les juifs donnèrent au Seigneur suspendu à la croix, a été prédit longtemps d'avance par la bouche de David en ces termes: «Ils m'ont donné du fiel comme nourriture, et m'ont abreuvé de vinaigre dans ma soifⁱ.» 10. Le Seigneur s'est plaint également par la bouche de Zacharie de la virulence de ses blessures, en disant: «Ils tourneront leurs yeux vers moi, qu'ils ont transpercé^k.» En effet, en pénétrant dans son flanc avec une lance, car il n'était pas permis aux bourreaux de briser un os à celui qui était déjà mort, ils ont accompli la parole dite autrefois à Moïse. 11. En effet, le Seigneur dit à Moïse: «Prends un agneau parfait, d'un an, parmi les agneaux et les boucs, et toute la multitude de la synagogue le tuera au soir, et ils le mangeront cette nuit-là, et ils ne briseront pas un de ses os^l.» 12. Enfin, que des brigands devaient lui être joints lors de sa crucifixion, l'Esprit l'a prophétisé en disant: «Et il sera compté parmi les pécheurs^m.» Même le pacte du malheureux Judas, qui fut l'un des apôtres et qui trahit le Sauveur pour trente pièces d'argent qu'il avait reçues, l'Écriture ne le

g. Is. 50,6 h. Ps. 21,17-19 i. Cf. Jn. 19,24 j. Ps. 68,22 k. Zach. 12,10 l. Ex. 12,3.5.6.46 m. Is. 53,12

argenteis tradidit, adeo scriptura non tacuit, ut modum quoque pecuniae designaret. Ait enim : *Et fecerunt pretium appreciati triginta argenteos*ⁿ. His testimoniis passionem probasse sufficiat.

65 **13.** Nunc uero resurrectionem sub ipsius saluatoris uerbis ad Patrem loquentis agnosce, Dauid plenissime perdocente : *Non derelinques animam meam in infernum, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem*^o. Dicere hoc de se praedictus propheta non potuit, qui usque ad
70 communis resurrectionis diem in ea, qua est patribus additus, corruptione durabit. **14.** Per Esaiam similiter : *Nunc resurgam, nunc glorificabor, nunc exaltabor, nunc uidebitis, nunc erubescetis*^p. Vere autem de saluatore praemonitum, praestita inferis bidui mora et post ascensus
75 consequens prodit, quo corpus sponte depositum sponte iterum propria resumens euexit. **15.** Hunc enim dierum post numerum, resurrectionem illius Osee propheta apertius indicauit dicens : *Viuificabit nos deus die tertio, post biduum resurgemus*^q. **16.** Esaias uero totam passionis
80 ascensusque indicans fidem, haec in praedicatione sua posuit : *Tamquam ouis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se sine uoce sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem autem illius quis enarrabit? Quoniam tolletur a*
85 *terra uita eius*^r.

61 ut : + de peccationis P || 67 inferno β P || 70 patri CM || 71 durauit CP || 72 nunc^l - exaltabor om. P || nunc exaltabor om. CM || 73 uere autem : uera enim P || 75 prodit : pro BV || 77 post : ante B^{sec.m.} || numerum post illius transp. codd. edd. || illius : eius CP || 78 uiuificabit LT P a¹⁻²gm || 78-79 uiuificabit nos post duos dies et die tertio resurgemus CM || 79 resurgimus T || uero : autem B^{sec.m.} || totam : tantam B^{pr.m.} || 81-82 sicut agnus om. κ || 82 sine uoce sic om. κ || 84 autem illius : eius L || 84-85 quoniam tolletur a [de CM] terra uita [memoria CM] eius post est [l. 83] transp. κ

passe pas sous silence, allant jusqu'à indiquer aussi le montant de cet argent. Elle dit en effet : «Et ils adoptèrent comme prix de celui qui était mis à prix trente pièces d'argentⁿ.» Que cela te suffise comme témoignages prouvant la Passion.

13. Quant à sa résurrection, reconnais-la maintenant à travers ces paroles du Sauveur lui-même parlant au Père, comme David l'enseigne parfaitement : «Tu n'abandonneras pas mon âme à l'enfer, et tu ne laisseras pas ton saint voir la corruption^o.» Ce dernier, prophète, n'a pas pu dire cela de lui-même, vu qu'il demeurera, jusqu'au jour de la résurrection commune, dans la corruption où il a rejoint ses pères. **14.** Il est dit de même, par la bouche d'Isaïe : «Maintenant, je vais me lever, maintenant je vais être glorifié, maintenant je vais être exalté, maintenant vous allez voir, maintenant vous allez rougir^p.» Que cela ait été annoncé en vérité au sujet du Sauveur, son passage de deux jours aux Enfers et puis sa remontée qui lui fait suite, lors de laquelle il élève le corps qu'il avait volontairement abandonné en reprenant à nouveau volontairement ce qui lui est propre, le manifestent. **15.** En effet, le prophète Osée a indiqué encore plus clairement que sa résurrection aurait lieu après ce nombre-là de jours, en disant : «Dieu nous vivifiera au troisième jour, après deux jours, nous ressusciterons^q.» **16.** De plus, Isaïe, révélant tout entière notre foi en sa passion et en son ascension, affirme dans sa prophétie : «Comme une brebis, il a été conduit à l'abattage, et comme un agneau sans voix devant celui qui le tond, il n'a pas ouvert la bouche. Par humiliation, on a supprimé son jugement. Mais sa généalogie, qui la racontera? Car sa vie sera retranchée de la terre^r.»

n. Zach. 11,12; Cf. Matth. 27,9 o. Ps. 15,10 p. Is. 33,10-11 q. Os. 6,3 r. Is. 53,7-8

17. Daudid perinde sub uerbis dei Patris ad Filium prolo-
 quentis non solum ascensum, sed et iudicium praedi-
 cavit dicens : *Dixit dominus domino meo : Sede a dextris*
meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum
 90 *tuorum*^s. 18. Cum igitur testante propheta dominus ad
 dominum sit locutus, cui dubium est quod Filio Pater in
 gloriam diuinitatis ex homine transeunti caelestis iudicii
 potentiam ac uim exserendae maiestatis insinuet, sicut
 ipse in euangelio¹ de hoc eodem loco dicit, nulli umquam
 95 angelorum^u aut hominum dictum fuisse ut ad dei Patris
 dexteram sedens subiectos pedibus nominis sui calcaret
 inimicos? 19. Hunc sibi Zacharias adstruens demonstratum,
 sic locutus est : *Et ostendit mihi dominus Iesum sacer-*
dotem illum magnum stantem ante faciem angeli domini,
 100 *et diabolus stabat ad dexteram eius aduersari ei. Et dixit*
dominus ad diabolum : Increpet dominus in te, diabole,
increpet dominus in te, qui elegit Hierusalem. Nonne hic
titio extractus ex igni est^v? Id est : numquid non peracta
 iam passio est, et hominis fragilitate deposita potestas
 105 Christo sempiterna successit? 20. Daniel quoque paria de
 eodem proferens ait : *Videbam, et ecce in nubibus caeli*
quasi filius hominis uenit usque ad ueterem dierum. Qui
adsistebant obtulerunt eum, et data est ei potestas regia,
 110 *et omnis terra, et genus, et omnis claritas seruient ei, et*

89 meis : eius C || pedum om. C || 92 transeunti : -untis B^{sc}V ||
 93 exercendae β a¹⁻²gm || 96 subiectus T || 99 illum om. κ ||
 100 aduersari : ut aduersaretur BV aduersarii C || 101 increpet - diabole
 om. CM || te : + exp. satan B || diabole : + et P || 102 increpet - te
 om. V || 102-103 hic titio om. κ || 103 ex igni : de igne V || numquid
 om. P || 106 et om. B LT a¹⁻²gm || 107 quasi om. κ || filium B ||
 uenit : + et CM ueniet P || ueterum P || 108 ei om. V || 109 omnis
 terra : omnes reges terrae κ || terra et : terrae L terrae et T || et omnis
 claritas om. B^{pr}m. || seruiens B^{sc} LT || 110 aeterna : excelsa B

17. De même, David n'a pas seulement prophétisé son
 ascension, mais aussi le jugement, en rapportant ces
 paroles de Dieu le Père parlant au Fils : «Le Seigneur a
 dit à mon Seigneur : Siège à ma droite, jusqu'à ce que
 j'aie fait de tes ennemis l'escabeau de tes pieds^s.»
 18. Puisque donc, au témoignage du prophète, le Sei-
 gneur a parlé au Seigneur, qui peut douter que c'est le
 Père qui communique au Fils, quand ce dernier passe
 de l'humanité dans la gloire de la divinité, la puissance
 d'exercer le jugement céleste et la force de manifester la
 divine majesté, conformément aux paroles du Fils lui-
 même disant dans l'Évangile¹, à propos de ce passage,
 qu'il n'a jamais été dit à qui que ce soit parmi les anges^u
 ou les hommes qu'assis à la droite du Père, il foulerait
 aux pieds les ennemis de son nom après les avoir soumis?
 19. Garantissant que c'est bien lui qui lui avait été montré,
 Zacharie a ainsi parlé : «Et le Seigneur me montra Jésus,
 le Grand Prêtre, debout devant la face de l'ange du Sei-
 gneur. Et le diable se tenait à sa droite pour lui faire
 face. Et le Seigneur dit au diable : Que le Seigneur fasse
 éclater sa colère contre toi, diable, que le Seigneur fasse
 éclater sa colère contre toi, lui qui a choisi Jérusalem.
 Celui-ci n'est-il pas un tison tiré du feu?» Cela veut
 dire : la Passion n'est-elle pas déjà achevée, et, après
 avoir déposé la faiblesse de l'humanité, le Christ ne jouit-
 il pas à son tour d'un pouvoir éternel? 20. Daniel émet
 aussi à son sujet des paroles semblables en disant : «Je
 voyais, et voici que sur les nuées du ciel vint comme
 un Fils d'homme jusqu'à l'Ancien des jours. Ceux qui
 étaient là le présentèrent, et le pouvoir royal lui fut donné,
 et toute terre, et toute race, et toute noblesse le ser-
 uiront, et son pouvoir est un pouvoir éternel, qui ne

s. Ps. 109,1 t. Cf. Matth. 22,44-45; Mc 12,36-37; Lc 20,41-44 u. Cf.
 Hébr. 1,13 v. Zach. 3,1-2

regnum illius non corrumpetur^v. 21. Haec itaque Iudaei audiunt et recensent. Nouerunt ista, nec tamen credunt; Christumque a patribus abiuratum non nesciunt, sed nescire se simulant, dum ita semper etiam in eadem, 115 quam praeferunt, lege uixerunt, ut id quod labiis fateantur, corde simul et opere denegarent.

VII. Cur antiquae legis portio sit recisa, uel quae uolumina obseruantiam iustitiae intulerint

APOLL. PHILOS. 1. Vt arbitror, satis abundeque monstratum est resurrectionem dominicam ascensumque caelestem diuinis testimoniis elucere, et ita omnia spiritalibus fulgere documentis, ut, etiam si admissi facinoris aliqua possint ignorantiae excusatione defendi, damnari praesentium incredulitatem ueritas latius diffusa compelleret, quia auctoritatem caelestium statutorum et actus denuntiatae humilitatis impleuit, et subcrescentium docet credulitas populorum. 2. Pande nunc itaque cur legis ueteris portio sit recisa, uel quae antiquorum priorum uoluminum causa formam obseruantiae iustioris inuexerit, cum et idem utrorumque sit conditor, et eidem diuinae maiestatis substantiam possidenti nec uoluntas in ratione disentiât, et in praesentia aeternitas obsecundet.

ZAC. CHR. 3. Fidelis ac uera professio est utraque unius

111 non corrumpetur: quod non corrumpitur V || 113 christumque: christum quem P^{sec.m.} a¹⁻²gm || 114 se simulant: dissimulant B^{ac} || eadem: ea κ || 115 legem V

VII, 2 intulerunt V LT tradiderint a¹⁻²gm || 3 ut arbitror om. β a¹⁻²gm || 6 aliqua om. CP || 7 defendi om. V || damnari: + hos B^{sec.m.} || 7-8 praesentium incredulitatem: prae incredulitate B LT pro incredulitate V || 9 qua auctoritate CP || et om. β a¹⁻²gm || 11 populorum: + apollonius dixit κ || 12 antiquorum V || 14 eidem: eandem B idem CP a¹ om. M || 15 possidendi L || 16 praesentia: praesentia B P || aeternitas: trinitas LT || 17 ac: haec C || unius: utrius V

w. Dan. 7,13-14

passera pas, et son Royaume ne sera pas détruit^w. » 21. Ces paroles donc, les juifs les entendent et les citent. Ils les connaissent, mais ne croient pourtant pas; et ils n'ignorent pas que le Christ a été renié par leurs pères, mais ils font semblant de l'ignorer, tout en vivant aussi toujours selon la même loi, à laquelle va leur préférence: ainsi, ce qu'ils proclament de leurs lèvres, ils le refusent simultanément dans leur cœur en même temps que dans leurs œuvres.

VII. Raison pour laquelle une partie de la loi ancienne a été retranchée et quels sont ceux de ses livres qui ont introduit une morale de justice

APOLLONIUS. 1. A mon sens, tu as suffisamment et abondamment montré que la résurrection et l'ascension du Seigneur au ciel sont mises en lumière par ces témoignages divins et que tout resplendit de clarté grâce à ces illustrations spirituelles; ainsi, même en supposant que certains aspects du forfait qui a été commis peuvent être défendus en alléguant l'ignorance, la vérité largement diffusée imposerait de condamner l'incroyance chez nos contemporains, car la volonté des décrets célestes, c'est, d'une part, l'acte, annoncé d'avance, par lequel il s'est abaissé qui l'a accompli, et c'est, d'autre part, la croyance de peuples toujours plus nombreux qui la démontre. 2. Dès lors, dévoile-moi maintenant pourquoi une partie de la loi ancienne a été retranchée et qu'est-ce qui, tout en faisant déclarer périmés ces anciens livres, a introduit la règle d'une morale plus juste, bien que le même Dieu soit le fondateur des deux lois et que, puisqu'il possède la substance de la majesté divine, sa volonté ne comporte aucune contradiction dans son dessein, et que l'éternité fait acte de soumission envers sa prescience.

ZACHÉE. 3. C'est une affirmation de foi et véridique

dei censere praecepta, et per Moysen traditam legem non abrogatam per Christum, sed impletam fateri, ipso in euangeliis sic protestante : *Non ueni legem soluere, sed adimplere*^a. 4. Olim enim euangelicae praedicationis promissa lex fuerat, deo per Esaiam sic loquente : *Lex ex Sion prodiet, et uerbum domini ex Hierusalem*^b. Id est : consummata iustitiae fideique doctrina per Christum in ecclesia dignoscetur. 5. Et iterum Michaeas : *Lex ex Sion proficietur, et sermo domini ab Hierusalem, et iudicabit inter plurimos populos, et reuincet et deteget ualidas nationes*^c. Alioquin uetere lege iam tradita, quae alia nisi euangeliorum nuntiabatur addenda? 6. De qua per Hieremiam similiter est locutus : *Ecce dies ueniunt, et consummabo supra domum Israhel et domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum, cum apprehendi manus eorum, ut educerem eos de terra Aegypti*^d. Id est : mandata iterum in euangeliis ordinabo, illaque cessabunt, de quibus scriptum est : *Dedi illis praecepta non bona, in quibus non iustificabuntur in eis*^e, *sed qui fecerit ea, uiuet in illis*^f. 7. Quaedam ergo in lege idcirco seuerius sunt statuta, ut rebellem populum atque adueta gentilitate lasciuum potius humiliarent, quam attolli iustificatura permitterent, et uelut quadam custodia disciplinae praesentis poenae terrore cohiberent, quos adhuc longe a saeculi fine degentes seruare iudicii interminatio

22 ex : de L || 25 proficietur : prodiet ^{a1-2gm} || 25-26 micheas - proficietur om. β || ex... ab : de... de P || 28 ueteri κ *edd.* || 28-29 alias... nunciabantur V || 29 nuntiabatur om. C || 31 supra domum... domum : domui... domui κ || 34 mandata iterum : mitiorem LT κ *edd.* mitterem B^{pr.m}V || in om. P^{pr.m} || 36 in eis om. L || 40 iustificaturi CM ^{a1} || 41 poene P pene C || 42 fine degentes : fine aegentes P fine gentes CM in ecclesiae gentes V

VII. a. Matth. 5,17 b. Is. 2,3 c. Mich. 4,2-3 d. Jér. 31,31-32 e. Ez. 20,25 f. Gal. 3,12

que d'estimer que les deux séries de commandements viennent d'un seul Dieu et de reconnaître que la loi donnée par Moïse n'est pas abrogée par le Christ, mais accomplie, comme lui-même le proclame dans les évangiles : «Je ne suis pas venu abolir la loi, mais l'accomplir^a.» 4. En effet, la loi contenue dans la prédication de l'Évangile avait été jadis promise lorsque, par la bouche d'Isaïe, Dieu disait : «La loi sortira de Sion et le Verbe du Seigneur de Jérusalem^b.» Cela veut dire : la doctrine de la justice et de la foi, portée à son achèvement par le Christ, sera visible dans l'Église. 5. Michée dit encore : «La loi viendra de Sion, et la parole du Seigneur de Jérusalem, et elle jugera des peuples nombreux, et elle réfutera et confondra de puissantes nations^c.» D'ailleurs, une fois transmise la loi ancienne, quelle autre loi que celle des évangiles a-t-elle été annoncée comme devant encore venir? 6. C'est à son sujet que Dieu a dit dans le même sens par la bouche de Jérémie : «Voici que viennent des jours où j'accomplirai sur la maison d'Israël et la maison de Juda une alliance nouvelle, non pas d'après l'alliance que j'ai établie pour leurs pères, quand je les ai pris par la main pour les faire sortir de la terre d'Égypte^d.» Cela veut dire : je promulguerai à nouveau des commandements dans les évangiles, et ils prendront fin, ceux dont il est écrit : «Je leur ai donné des préceptes qui ne sont pas bons, par lesquels ils ne seront pas justifiés^e, mais celui qui les aura accomplis vivra en eux^f.» 7. Donc, dans la loi, certains préceptes ont été établis avec davantage de sévérité afin d'humilier le peuple rebelle et perverti par le paganisme auquel il s'était accoutumé, en lieu et place de préceptes de justice permettant qu'il s'exalte, et afin de les contenir par la crainte d'un châtement immédiat, comme moyen de conservation de la discipline, eux qui vivaient encore éloignés de la fin du monde et que la menace lointaine du

tarda non posset. **8.** Hinc illud est: *Oculum pro oculo, dentem pro dente*^g. *Ne manducaveritis, ne contigeritis*^h.
 45 Hinc mensium observatio definita, neomeniorumque festiuitasⁱ, hinc statutum sabbati iter^j, ac pene totis humanorum actuum rebus otio interclusa libertas. **9.** Sacrari uero pecudum atque alituum uictimas prima ratio consuetae abominationis exegit: quia arceri ab hisdem
 50 repente non poterant, consultius fuit paulatim abolenda respuere, quam statim inhibenda punire. **10.** Haec autem alia et euidentis ratio est, quod, licet gentilium ritu hostias immolabant, deo tamen docebantur offerre quod praestare idolis ante consueuerant; et multiplicis sacrificii actibus
 55 occupatis ne cogitare quidem de transgressione spatium aut occasio praebeatur, cum et quod desiderare possent non auferebatur semperque supererat quod explere deuotionis intentio non ualeret. **11.** Denique mox audiunt per prophetam: *Quid mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum, dicit dominus? Plenus sum. Holocaustomata arietum, et adipem agnorum, et sanguinem hircorum et taurorum nolo. Nec sic ueniatis ante conspectum meum. Quis enim exquisiuit ista de manibus uestris? Calcere regiam meam non apponetis. Si adtuleritis similaginem,*
 65 *uanum est. Incensum abominatio est mihi. Neomenias uestras et sabbata et diem magnum non sustineo. Ieiunium*

43 tarda om. κ || hinc om. CP || 44 manducaveritis... contigeris LT P || 45 neomeniarumque P a¹⁻²gm || 46 iter om. L || totius CP || 47 sacri P || 48 alitum B κ a¹⁻²gm || 49 consueta LT || exegit: + nam B || 56 praebeatur κ a¹ || possint LT P a¹ || 58 intentionem a¹ || non om. a¹ || per om. a¹⁻²gm || 59 quid: quo LT κ a¹⁻²gm || 60 holocausta L-caustomatis CP || 62 nolui CM || 64 adponatis L CM

g. Lév. 24,20; Cf. Ex. 21,24 h. Lév. 11,8 i. Cf. II Chr. 2,4; Nomb. 10,10 j. Cf. Act. 1,12

1. D'une part, les sacrifices hérités des païens, pour autant qu'ils soient consacrés à Dieu, ne leur sont pas interdits, d'autre part, leur désir de

jugement ne pouvait pas préserver. **8.** C'est de là que vient: «Œil pour œil, dent pour dent^g, ne mangez pas, ne touchez pas^h.» C'est pour cela qu'il y a une observation bien définie des mois, et la fête des nouvelles lunesⁱ, qu'il y a l'institution du chemin de Sabbat^j et que dans presque tous les domaines de l'activité humaine, leur liberté a été restreinte. **9.** Les sacrifices de victimes tirées du bétail ou des oiseaux avaient pour première raison qu'ils étaient exigés par leur abominable coutume: du fait qu'ils ne pouvaient pas se passer d'elles d'un seul coup, il a été plus prudent de rejeter peu à peu ce qui devait être aboli, plutôt que de punir tout de suite les pratiques à interdire. **10.** Il y a ensuite cette autre et évidente raison: bien qu'ils immolassent des victimes sacrificielles selon le rite des païens, c'est pourtant à Dieu qu'il leur était enseigné d'offrir ce qu'auparavant ils avaient coutume de présenter aux idoles; et, comme ils étaient occupés à ces multiples actes sacrificiels, il ne leur était même pas offert de temps ou d'occasion de songer à la désobéissance, à une époque où ce qu'ils pouvaient désirer ne leur était pas retiré et où surabondait toujours ce que l'ardeur de leur dévotion était incapable d'assouvir¹. **11.** Finalement, ils entendent ensuite par la bouche du prophète: «Que m'importe la multitude de vos sacrifices, dit le Seigneur? J'en ai assez. Je ne veux pas d'holocaustes de béliers, ni de graisse d'agneaux, ni de sang de boucs et de taureaux. Ne vous présentez pas ainsi à ma vue. Qui donc a exigé cela de vos mains? Ne continuez pas de fouler aux pieds ma demeure. C'est en vain que vous apportez de la fleur de farine. J'ai en horreur l'offrande calcinée. Je ne supporte pas vos néoménies et vos sabbats et votre grand jour. Mon âme

les offrir aux idoles n'a pas disparu. La pédagogie divine veut donc alourdir les prescriptions sacrificielles pour leur faire oublier les idoles.

et dies festos uestros odit anima mea. Facti estis mihi in abundantiam. Non dimittam peccata uestra^k. Id est : non his piaculis crimina uestra purganda sunt. **12.** Sed quid
 70 esset in nostro baptisinate purificationis futurum, prophetice demonstraui dicens : *Lauamini, mundi estote*^l. Id est : cum illius uisitationis tempus aduenerit, spiritualis lauacri sacramenta sectamini. *Et si fuerint delicta uestra ut phoenicium, ut niuem dealbabo; si autem ut coccum,*
 75 *ut lanam candidam efficiam*^m. In phoenicio obscuritas peccatorum, in cocco mens cruenta designatur.

13. Talibus ergo per Christum denunciata mutatio in melius uersa est, ac pro obsoletis pecudum atque alituum uictimis caeleste fidelium munus pura oblatione celebratur,
 80 et contra omnes insidias infestantis inimici spiritualis sacrificii admixtione munimur, et illud in adsumptum hominem dei Patris completur edictum : *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*ⁿ. **14.** Vbi ergo euangeliorum tempus illuxit, soluit continuo gratia quos legis
 85 seruitus retinebat, sacroque domini ore praedicatum est : *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et inuenietis requiem animabus uestris. Tollite iugum meum super uos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Iugum enim meum suaue est, et onus meum leue est*^o.
 90 **15.** Ne autem praedictarum uindictarum rigor maneret, et medelam salutaris paenitentiae incumbens reatui exitus raperet, sequestrari iudicio plectenda constituit in euan-

67 uestros om. a²gm || 68 abundantia β || 70 baptisinate om. C || purificationis : + adibitum C || 74 dealbabo : + ea LT a¹⁻²gm || 75 efficiam : faciam B || 76 designatur : signatur L κ a¹ || 78 uersa est ac : conuersa est atque V || alitum B LT κ a¹⁻²gm || 81 munitur CP || 83 ergo om. β || 84 legis : leuis L || 86 omnes om. B LT a¹ || laboratis et om. κ || 89 est² om. CM a¹⁻²gm || 92 sequestrare B LT

k. Is. 1,11-14 l. Is. 1,16 m. Is. 1,18 n. Ps. 109,4 o. Matth. 11,28-30

déteste votre jeûne et vos jours de fête. Vous m'êtes devenus un objet de dégoût. Je ne remettrai pas vos péchés^k.» Cela veut dire : ce n'est pas par ces expiations-là que vos crimes doivent être purifiés. **12.** Mais ce qui se produirait lors de notre baptême de purification, il l'a montré d'une manière prophétique en disant : «Lavez-vous, soyez purs^l.» Cela veut dire : quand sera venu le temps de sa visite, recherchez les sacrements du bain spirituel. «Et si vos fautes ont été comme de la pourpre, je les rendrai blanches comme neige; et si elles ont été comme l'écarlate, je les rendrai semblables à de la laine blanche^m.» Dans la pourpre est signifiée l'obscurité des péchés, dans l'écarlate l'esprit sanguinaire.

13. Le changement annoncé par ces paroles est donc venu par le Christ sous la forme d'une amélioration, et, à la place des victimes désuètes tirées du bétail et des oiseaux, on célèbre le don céleste des fidèles en une pure offrande¹ et, par la communion à ce sacrifice spirituel, nous sommes fortifiés contre tous les pièges d'un ennemi qui nous harcèle, et voici que, dans l'humanité qu'il a assumée, s'accomplit cet édit de Dieu le Père : «Tu es prêtre pour l'éternité selon l'ordre de Melchisedechⁿ.» **14.** Donc, dès que parut le temps des évangiles, la grâce a aussitôt libéré ceux que retenait l'esclavage de la loi, et la bouche sainte du Seigneur a déclaré : «Venez à moi, vous tous qui peinez et êtes sous le fardeau, et vous trouverez le repos pour vos âmes. Prenez sur vous mon joug et faites-vous mes disciples, car mon joug est doux, et mon fardeau léger^o.» **15.** Par ailleurs, le Seigneur, ne désirant pas que la rigueur des châtements mentionnés plus haut² se maintienne, ni que le sort attaché à la faute commise ne nous prive du remède

1. C'est-à-dire l'eucharistie.

2. Cf. CZA II, 7, 7.

gelio dominus ita praedicans : *Mihi uindictam, ego retribuam*^p, quoniam, nisi emendatio iusta successerit, nemo
 95 rectius uindicat, quam qui in admissi probatione non fallitur. **16.** Sic itaque et sabbati abolitus torpor est, atque a bono opere nullum fidelibus tempus exclusum, ipso in euangelii sic loquente, quia *Licet sabbatis bene facere*^q, et quia *Filius hominis dominus sabbati est*^r. **17.** Edendi praeterea quae conueniant facultas est adtributa, quoniam, ut ipse testatus est : *Non coinquinant hominem, quae in os ingrediuntur, sed ea quae de ore exeunt*^s. **18.** Ita haec omnia, quae cruciatui rebellibus erant, indulta per Christum libertate soluuntur, paucisque a superstitione cessantibus,
 105 quae uere iustitiam merentur adiecta sunt. Atque ideo inter exordia et plenitudinem fidei lex media subrepsit, quae feras Iudaeorum mentes talium sanctionum difficultate confringeret, et uenturae indulgentiae gratiam suscipi facilius persuaderet, quam et diuturnae absolutio
 110 seruitutis et exoptata olim libertas amabiliorem etiam incredulis reddidisset.

VIII. Quae sit Iudaeis in circumcisione iustitia

APOLL. PHILOS. **1.** Non immerito in huius causae interrogatione prospexeram aliquod diuinae prouidentiae fuisse consilium, ut haec rudis populi permissa primordiis uelut

93 ita om. κ || uindictam : + et κ a¹⁻²gm || 98 quia om. β || 100 tributa C || 101 testatur CM || non : + ea κ || homines CP || 105 ueram L || ideo om. V || 108 constringeret C || gratiae indulgentiam V || 109 et om. β a¹⁻²gm ||

p. Rom. 12,19 q. Matth. 12,12 r. Matth. 12,8; Mc 2,28; Lc 6,5 s. Matth. 15,11

1. *Lex media subrepsit* : cf. HIER., *Gal.*, II, 3 (PL26, 367B).

d'une pénitence salutaire, a décrété que nous nous défaisons des péchés qui, lors du jugement, devront subir un châtement, en disant : «A moi la vengeance, c'est moi qui récompenserai^p» : en effet, à moins que ne survienne un juste amendement du pécheur, personne ne châtie plus justement que celui qui ne se trompe pas dans l'examen du méfait. **16.** Ainsi donc fut aboli le repos du Sabbat, et, pour les fidèles, aucun temps n'a été soustrait aux bonnes œuvres, comme le Seigneur le dit lui-même dans les évangiles : «Il est permis de faire le bien pendant le Sabbat^q», et : «Le Fils de l'homme est maître du Sabbat^r». **17.** En outre, la possibilité de manger ce qui nous convient a été donnée, car comme il en a témoigné lui-même : «Ce n'est pas ce qui entre dans la bouche qui souille l'homme, mais ce qui sort de la bouche^s.» **18.** Ainsi, tous ces préceptes, qui étaient causes de tourments pour les rebelles, furent abolis lorsque la liberté fut accordée par le Christ, et, alors que peu d'entre eux s'éloignaient de la superstition, ce qui fait vraiment obtenir la justice a été introduit. C'est pourquoi entre les débuts et la plénitude de la foi s'est glissée une loi intermédiaire¹, dont le but était de briser les esprits farouches des juifs par l'obstacle de peines de ce genre, et de les décider à accepter plus facilement la grâce de l'indulgence future, que la délivrance d'une longue servitude et la liberté jadis désirée avaient fait paraître encore plus agréable, même à des incrédules.

VIII. Quelle justice il y a pour les juifs dans la circoncision

APOLLONIUS. **1.** Ce n'est pas sans raison que je m'étais aperçu, dans l'examen de la dernière question, qu'il y avait eu un dessein de la providence divine, consistant à ordonner ce que plus tard, après que cela a été permis,

5 profutura ac placita iuberentur, quae aboleri postmodum
conueniret. **2.** Quid, rogo, in circumcissione hisdem Iudaeis
sanctificationis aut meriti est, quod eam sibi etiam nunc
in uicem baptismatis blandiuntur, quam in signaculum
tantum electae sobolis constitutam praecedentis libelli
10 tenore signaueras? **3.** Et procul dubio clarum est eos ius-
titiae praemiis carituros, si in hac tantum corporis immi-
nutione fidentes totius spei documenta componant, quos
reiecta carnis iniuria gaudere potius incruentis sancti Spi-
ritus muneribus oportebat.

15 ZAC. CHR. **4.** Recte recolis, prioris libelli huiusmodi expo-
sitionem fuisse, in circumcissione carnali signaculum fidei,
non statum fuisse iustitiae, scriptura memorante : *Et dixit
deus ad Abraham : Hoc testamentum meum seruabis inter
me et uos, tu et semen tuum tecum. Circumcidetur omne*
20 *uestrum masculinum, et circumcidetis carnem praeputii
uestri, et erit in signum testamenti inter me et uos*^a. **5.** Hanc
usque ad Christum rationabiliter custoditam Iesu Naue
actus subsequens probat, qui post excessum heremi, in
qua idem Iudaei quadraginta uixerant annis nec quisquam
25 huic fuerat subiectus iniuriae, quia in solitudine permixtio
extraneorum non erat populorum, plebem signare prae-
cipitur, atque indicto patribus more Iordanem transituris

TEST. **VIII**, l. 22 usque... custoditam : ISID., *Fid.*, II, 16, 2 (PL 83, 525A)

VIII, 6 rogo : ergo CM || 7 eam : ea LT κ a¹⁻²gm || 8 blandiantur
CM || 9 sobolis LT || 10 eos : + qui LT || 11 hanc T a¹ || 13 carnis
iniuria om. C || 15-16 expositione CM || 17 statutum T || 18 deus :
dominus β || hoc om. β || seruabitis L || 21 in om. C || testamentum
L || 22 rationabiliter : carnaliter κ a¹⁻²gm || 24 uixerunt β P || 27 ior-
danen B

VIII a. Gen. 17,9-11

1. Cf. CZA I, 18, 7.

dans un premier temps, à ce peuple inculte comme utile
et agréable, il conviendrait d'abolir. **2.** Mais quelle sanc-
tification et quel mérite les juifs retirent-ils donc de la
circoncision, je te le demande, pour que, même à présent,
ils se flattent de l'avoir à la place du baptême, alors que
tu m'as montré, au cours du livre précédent¹, qu'elle
avait été établie seulement comme marque distinctive de
la race élue? **3.** Et il est hors de doute qu'ils seront
privés des récompenses dues à la justice si, ayant foi
seulement dans cette mutilation du corps, ils placent en
elle les preuves de toute leur espérance, alors qu'il fallait
que, après avoir rejeté cette blessure infligée à la chair,
ils se réjouissent plutôt des dons du Saint-Esprit, qui ne
sont pas entachés de sang.

ZACHÉE. **4.** Tu fais bien de rappeler que le livre pré-
cédent contenait à ce sujet un exposé selon lequel il y
avait dans la circoncision charnelle le sceau distinguant
leur foi, mais non un état de justice, comme le rappelle
l'Écriture : «Et Dieu dit à Abraham : Tu garderas cette
alliance qui est la mienne entre moi et vous, toi et ta
descendance avec toi. Tout mâle parmi les vôtres sera
circoncis, et vous circoncirez la chair de votre prépuce,
et cela sera un signe d'alliance entre moi et vous^a.»
5. Ce que fit plus tard Jésus Navé prouve que cette cir-
concision a été, avec raison, conservée jusqu'au temps
du Christ : après la sortie du désert, dans lequel les juifs
avaient vécu quarante ans et où personne n'avait été
soumis à cette blessure, car dans cette solitude, il n'y
avait aucun mélange avec des peuples étrangers², il reçut
l'ordre d'apposer ce sceau sur le peuple, et, selon la
coutume indiquée à leurs pères, d'imposer à ceux qui
s'apprêtaient à traverser le Jourdain ce signe distinctif de
la croyance de leurs ancêtres, car l'Écriture déclare : «Et

2. Cf. HIER., *Gal.*, II, 3 (PL 26, 352C-353A).

cognitionem auitae credulitatis imponere, scriptura dicente : *Et ait dominus ad Iesum Naue : Fac tibi cultellos*
 30 *petrinos, et sedens circumcide secundo filios Israel*^b.

6. Istud quidem et secundum litteram contigit, sed in nos magis prophetica interpretatione porrectum est. Iesus enim ille, uerbo noster et facto, angelo ad pastores in euangelis nuntiante : *Natus est, inquit, uobis hodie saluator*^c,
 35 *quem uocabitis Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum*^d. 7. In secundis autem filiis gentium intellegitur populus, et in abscisionibus petrinis euangelicae conueniunt disciplinae. Vnde Moyses primum talia prophetauit dicens : *In nouissimis diebus circumcidet*
 40 *deus cor uestrum, et cor seminis tui ad amandum deum uestrum*^e. Hieremias perinde non carnem circumcidendam, sed corda denuntiat dicens : *Circumcidite uos deo uestro, sed et circumcidite praeputium cordis uestri*^f.

8. Dominus autem in euangelio principi Iudaeorum eui-
 45 dentissime protestatur, nullum penitus sine lauacro spiritalis aquae posse saluari, aut possessionem regni illius adepturum. Ait enim : *Amen, amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non uidebit regnum dei*^g. 9. De quo tamen per Esaiam ante praedixerat : *Nolite priora meminisse, et antiqua nolite recordari. Ecce noua facio, quae nunc orientur, et cognoscetis ea.*

28 auitae : auetae V auctae B^{ac} || 29 et om. C || 30 circumcide : -cides B^{sec.m}. V LT a¹⁻²gm || 33 uerbo : sed uocabulo tantum κ a¹⁻²gm || 37 in om. C || 40 seminis tui : seminis populi tui CP similis populi tui B^{pr.m}V LT M a¹⁻²gm || 42 uestro om. BV || 43 sed om. B CP || et om. V LT a¹ || uestri om. V || 46 posse saluari aut om. β || 47 tibi : uobis LT P a¹ || 49 dei : domini T || 51 ecce : + ego CM || et cognoscetis ea om. CM

b. Jos. 5,2 c. Lc 2,11 d. Matth. 1,21 e. Deut. 30,6 f. Jér. 4,4 g. Jn 3,5

magis praestare bona mauult, et numquam pro noxa, ut meremur, ulcisci. Consequens bonum est uitae simplicis puritas, et exosis facinoribus in proximos studium caritatis. Sic enim scriptum est : *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex totis uisceribus tuis^d, et proximum tuum tamquam te^e*. 8. Quo in loco non de propinquitate sola fit mentio, sed iure proximus dicitur, qui malis obrutus prosperis adiuuatur, et adoptiua miseratione confotus, quod cognatione generis non habet, gratiarum ad dominum reddit adfectu. Vnde illud Salomonis est : *Conclude elemosynam in corde pauperis, et ipsa pro te exorabit ab omni malo^f*; et iterum : *Qui pauperi miseretur, deo faenerat^g*. 9. David similiter : *Junior fui et senui, et non uidi iustum derelictum, nec semen eius quaerens panem. Tota die miseretur et faenerat, et semen eius in benedictione erit^h*. Job perinde : *Conseruauit, inquit, egenum de manu potentis, et pupillo, cui non erat adiutor, auxiliatus sum. Os uiduae benedixit me semper, cum essem oculus caecorum et pes claudorum et inualidorum paterⁱ*. 10. Et dominus in euangelio se in personis humilium subleuari docuit dicens : *Amen dico uobis, cum fecistis uni ex minimis istis, mihi fecistis^j*. Apostolus quoque : *Qui parce seminat, parce et metet. Et qui seminat in benedictione, de benedictione et metet. Vnus-*

58 ulciscitur B LT || 59 studia CP || 62 tamquam te : sicut te V + ipsum β || in : + alio P || 63 non om. P || de propinquitate : propinquitatum κ || 66 gratiarum : + uel orationum B^{sec.m.} || dominum : deum κ $a^{1-2}gm$ || affectum κ || 68 et² om. mo || 69 pauperis a^2gm || deum κ || feneratur CM $a^{1-2}gm$ || 71-72 faenerat : commodat C $a^{1-2}gm$ || 73 inquit om. C || 73-74 et - erat om. B || 74 adiutor - sum : auxiliator adiutus sum L om. B || 75 et om. B T CP a^1 || 76 ualidorum LT || 77 humilium : pauperum B^{pr.m.} || 77-78 amen dico uobis om. CP || 78 cum : quamdiu CM quod $a^{1-2}gm$ || istis om. V exp. T || mihi : + et $a^{1-2}gm$ || 79 parce¹ : + inquit B || 79-80 et² - metet om. V || 80 benedictione¹⁻² : -tionibus C || et om. B T

d. Matth. 22,37 e. Matth. 22,39 f. Sir. 29,15 g. Prov. 19,17

qu'il est capable de faire du bien et de nuire, mais parce qu'il préfère de beaucoup accorder des bienfaits et ne jamais exercer de vengeance à cause de nos fautes, comme nous le méritons. Le bien qui s'ensuit est la pureté d'une vie simple, et, une fois que nous avons détesté nos forfaits, le zèle pour la charité envers notre prochain. En effet, il est écrit : «Tu aimeras le Seigneur ton Dieu de tout ton cœur, de toute ton âme, et de toutes tes entrailles^d, et ton prochain comme toi-même^e.» 8. A cet endroit, il ne s'agit pas seulement de proximité, mais on appelle à juste titre *prochain* celui qui, accablé de malheurs, se voit aidé par ceux qui vivent dans la prospérité, et, réchauffé par la compassion qu'il a reçue, rend au Seigneur à travers un sentiment d'action de grâces ces biens qu'il ne tient pas d'une parenté familiale. C'est pourquoi, il y a cette parole de Salomon, qui dit : «Enferme ton aumône dans le cœur du pauvre et elle-même priera pour t'éloigner de tout mal^f», et encore : «Celui qui a pitié du pauvre prête à Dieu^g». 9. De même David : «J'étais jeune et j'ai vieilli. Et je n'ai pas vu le juste abandonné ni sa semence mendier son pain. Tout le jour, il a pitié et prête, et sa semence sera bénie^h.» Job dit de même : «J'ai sauvé le pauvre de la main du puissant, et j'ai aidé l'orphelin privé de protecteur. La bouche de la veuve me bénissait sans cesse, alors que j'étais l'œil des aveugles, le pied des boiteux, le père des maladesⁱ.» 10. Et le Seigneur, dans l'Évangile, enseigne que dans la personne des humbles, c'est lui qu'on secourt, en disant : «En vérité je vous le dis, quand vous l'avez fait à l'un de ces plus petits, c'est à moi que vous l'avez fait^j.» L'Apôtre dit aussi : «Celui qui sème chichement récoltera chichement. Et celui qui sème avec largesse, c'est avec largesse qu'il récoltera. Mais chacun

h. Ps. 36,25-26 i. Job 29,12-16 j. Matth. 25,40

quisque autem secundum quod proposuit in corde suo, non quasi ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit deus^k. **11.** Totum autem misericordiae opus per Esaïam Spiritus pandit dicens: *Solve omnem nodum iniustitiae, resolve suffocationes impotentium commerciorum, dimitte quassatos in requiem, et omnem consignmentem iniustam dissipa. Frange esurienti panem tuum, et egenum sine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum, uesti, et domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, et uestimenta tua cito orientur, et praeibit ante te iustitia, et claritas dei circumdabit te. Tunc clamabis, et ego exaudiam. Dum adhuc loqueris, dicam: Ecce adsum^l.* **12.** Ergo substantia absque fraudibus parta, si ita possideatur, accepta est, ac non in facultate mediocri, sed in cupidine diuitiarum causa peccati est, domino protestante: *Vae uobis diuites, qui habetis consolationem uestram^m*; et iterum: *Difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum caelorumⁿ.*

13. Coniugia autem honesta deo non displicent, et in procreationibus liberorum sollemnis tori modesta dilectio, scriptura dicente: *Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una^o*; et iterum: *Quod deus iunxit, homo non disiungat^p.* Inde habitus non luxui deditus, sed nitore. Et secundum apostolum, omnium, quae in macello ueneunt, esca sine culpa est^q, quoniam, sicut idem apostolus ait:

81 praeposuit P || suo om. κ || 83 datorem om. V || 84 per esaïam: per esse iam T prodesse iam L || 85 resolve: remitte κ || 88 et egenum om. κ || 89 uesti: operi esse V || 91 orientur: operientur LT || iustitia: + tua CM a¹⁻²gm || 92 ego om. κ || exaudiam: dominus exaudiet CM || 93 ecce om. L || 96 protestante: attestante V || 100 procreationis gm || sollemnis - modesta: sobolem nitore modestia V || 101 relinquit LT derelinquet κ || 103 coniunxit B CM || 104 disiungat: separet BVL CM separat P || 105 ueniunt codd. a¹

selon ce qu'il a décidé dans son cœur, non comme dans la tristesse ou sous contrainte. En effet, Dieu aime celui qui donne avec joie^k.» **11.** D'autre part, l'Esprit dévoile par la bouche d'Isaïe l'œuvre de miséricorde tout entière, en disant: «Dénoue tout nœud d'injustice, dissous les obligations créées par les contrats oppresseurs, laisse aller à leur repos ceux qui sont brisés et supprime tout acte écrit injuste. Romps ton pain avec celui qui a faim, et amène en ta maison l'étranger sans toit. Si tu vois quelqu'un qui est nu, vêts-le, et ne méprise pas ceux qui appartiennent à ta semence. Alors ta lumière éclatera en temps voulu, et tes vêtements resplendiront aussitôt, et la justice marchera devant toi, et la gloire de Dieu t'entourera. Alors tu crieras, et je répondrai. Quand tu parleras encore, je dirai: Me voici^l.» **12.** Donc la richesse obtenue sans fourberies, si c'est de cette manière qu'on la possède, est admise, et ce n'est pas dans des ressources modestes, mais dans la cupidité envers les richesses que réside la cause du péché, comme le proclame le Seigneur: «Malheur à vous, les riches, qui avez votre consolation^m», et: «Ceux qui possèdent les richesses entreront difficilement dans le Royaume des cieuxⁿ».

13. Par ailleurs, les mariages honorables ne déplaisent pas à Dieu, ni l'amour modéré du lit conjugal traditionnel en vue de la procréation des enfants, comme le dit l'Écriture: «A cause de cela, l'homme quittera son père et sa mère et s'attachera à son épouse, et ils seront deux en une seule chair^o», et encore: «Ce que Dieu a uni, que l'homme ne le sépare pas^p.» C'est pourquoi ce n'est pas le luxe que recherchera le vêtement, mais la propreté. Et selon l'Apôtre, la nourriture qu'on tire de tout ce qui est vendu au marché est exempte de reproche^q,

k. II Cor. 9,6-7 l. Is. 58,6-9 m. Lc 6,24 n. Lc 18,24; Mc 10,23 o. Gen. 2,24 p. Matth. 19,6 q. Cf. I Cor. 10,25

Non est regnum dei esca et potus, sed iustitia et pax in Spiritu sancto^r. **14.** Perniciosa tamen nimietas usus utriusque est, domino sic monente: *Videte ne grauentur in uino et crapula corda uestra*^s. Quod iam tamen et per Salomonem ante praedixerat: *Cui uae, cui liuidi oculi? Nonne eorum qui commorantur in uino, et sectantur ubi conuiuia fiunt*^t? Vnde apostolus sumendi propter infirmitatem uini dat Timotheo praecepta, sed modici^u, haec et alio loco dicens: *Nemo uos seducat. Ebriosi regnum dei non possidebunt*^v. **15.** In hac igitur uitae forma et conuersationis sobriae disciplina mens ad deum prompta sit, crebraque ieiunia et adsiduae in supplicationibus preces iustitiam aut mereantur aut faciant, ut sumpta ex euangelii sententia sic uiuentem comitetur ac protegat: *Gloria in excelsis deo, et pax in terra hominibus bonae uoluntatis*^w. Haec mediocribus, si sublimium feruor aberit, dicta sufficient. **16.** His uitae perennis promissa concedi, omnium scripturarum pandit auctoritas, ut, si inter illa futuri regni clarissima sidera^x splendor eximius non attollit, exiguos delicta non opprimant, mansionumque, ut ipse meminit^y, apud Patrem diuersitas consoletur, illudque in summa adhortantis domini succurrat edictum: *Omnes qui crediderint in me non confundentur*^z. **17.** Id est ut eos

130 a Christo uis nulla disternat, quos semel eidem fides

107-108 in spiritu sancto om. β P || 110-111 per salomonem om. V || 111 cui^r: + uel cuius B^{sec. m.} || liuidi oculi om. V || 115 et om. CP || 116 et om. BV || 119 faciunt V || 121 in terra pax κ || 122 haec: nec P || aderit κ || 123 sufficient CM -ficiunt P || 125 clarissimi P || eximios L mo || adtollet CP || 126 exigua P || 128 adorantis V IT || succurrat a¹⁻²gm || 128-129 omnis... crediderit... confundentur CP || 130 disternat P subtrahat L

r. Rom. 14,17 s. Lc 21,34 t. Prov. 23,29-30 u. Cf. I Tim. 5,23 v. I Cor. 6,9,10 w. Lc 2,14 x. Cf. I Cor. 15,41 y. Cf. Jn 14,2 z. Cf. Rom. 9,33; Rom. 10,11; I Pierre 2,6

car, comme le dit ce même Apôtre: «Le Royaume de Dieu ne consiste pas en nourriture et en boisson, mais en justice et paix dans l'Esprit-Saint^r.» **14.** Pourtant, l'excès dans l'usage de l'un et de l'autre est dangereux, comme le Seigneur nous en avertit: «Veillez à ce que vos cœurs ne s'appesantissent pas dans le vin et la glotonnerie^s.» C'est pourtant ce qu'il avait déjà dit aussi auparavant par l'intermédiaire de Salomon: «A qui dit-on: Malheur! A qui les yeux sombres? N'est-ce pas à ceux qui s'attardent à boire du vin et recherchent les lieux où se déroulent les banquets^t?» Pour cette raison, l'Apôtre donne à Timothée des prescriptions pour qu'il prenne du vin à cause de sa faible constitution, mais en petite quantité^u, en disant aussi en un autre endroit: «Que personne ne vous trompe: les ivrognes ne posséderont pas le Royaume de Dieu^v.» **15.** Donc, dans cette forme de vie et cette discipline basée sur une conduite sobre, que l'esprit soit attentif à Dieu, et que des jeûnes fréquents et des prières assidues de supplication méritent ou procurent la justice, de sorte que la parole suivante, tirée des évangiles, accompagne et protège l'homme qui vit ainsi: «Gloire à Dieu dans les hauteurs, et paix sur terre aux hommes de bonne volonté^w.» Ce qui vient d'être dit sera suffisant pour les plus modestes, si le désir des réalités les plus élevées est absent d'eux. **16.** L'autorité de l'ensemble des Écritures révèle que les promesses de la vie éternelle leur sont accordées; elles le sont de telle manière que, si aucune splendeur extraordinaire ne les élève parmi les astres les plus brillants^x du Royaume futur, leurs fautes ne les écraseront pas dans leur petitesse, et que la diversité des demeures auprès du Père les consolera, comme lui-même le rappelle^y, et qu'en fin de compte, le décret suivant du Seigneur leur viendra en aide: «Aucun de ceux qui auront cru en moi ne sera confondu^z.» **17.** Cela veut dire qu'aucune puissance ne séparera du Christ ceux

pura nexuerit, et salutaris signi integritate saluentur, qui ea quae ob laborem difficilia sunt aut impossibilia respuunt, aut adgredi quia sunt ardua et magna timuerunt.

II. Quae sit sublimioris uitae regula conseruanda

APOLL. PHILOS. 1. Aperta est doctrinae istius ueritas, sanumque consilium, ut deum prae cunctis adfectibus diligentes, etiam si summa non capimus, nequaquam tamen
5 uel mediocribus excidamus, et, si honor sublimium splendorque non ueniet, sententia miseros aeterna non damnet. Sed uere istud aut inertis aut diffidentis est animi, atque a dei munificentia praecipuum nihil sperantis, torpere in
10 uitae tanti facere commoditatem, ut inaestimabilium saeculorum regna dissimulet, uel quadam uulgi conditione despectus sero se lugeat non quaesisse quod iam mereri exacta saeculi conuersatione non possit. 2. Quae nobis ergo uiuendi forma sublimior, quae sit ratio propositi cel-
15 sioris, sacris non pigeat docere sententiis, quia non ita labor aspernatur infirmos ut nulla diuinae prouocationis fiducia cohortetur, dum in his quae, ut ipse dixisti, uelut impossibilia praedicantur, et temporibus meritum non tenetur, et actu leuius fortasse quam creditur.

20 ZACH. CHR. 3. *Angusta quidem et ardua uia est, quae*

131 qui: quia P

II, 5 excedamus LT κ a¹⁻²gm || si om. V || 5-6 et ~ damnet om. ppr.^m || 6 ueniat T a¹⁻²gm || aeterna: apena CM a poena P^{sec.m}. om. ppr.^m || damnat V || 7 inertis: inherens P inhereticis C || 8 a: ad LT || a dei om. C || munificentia: -tiam L misericordia P || 9 sint: sunt V P || breuis om. a²gm || 11 quidam V || 12 iam: + non V || 14 forma om. CM || sublimior quae: -miorque a¹⁻²gm || 16 infirmis LT || 17 coartetur κ || ut om. V LT || ipse om. L || uelut: uel κ || 20 ardua: arta κ

1. C'est-à-dire du Baptême.

qu'une foi pure lui aura définitivement attachés, et que c'est l'intégrité du signe salutaire¹ qui sauvera ceux qui rejettent ce qui est difficile ou impossible à cause de l'effort à fournir, ou qui ont craint de l'entreprendre parce que cela est difficile et grand.

II. Quelle est la règle à observer dans une vie plus élevée

APOLLONIUS. 1. La vérité de cette doctrine est évidente, et c'est un sage avis qu'en aimant Dieu au-delà de toutes nos affections, même si nous n'atteignons pas les sommets, nous ne serons pas privés, du moins, d'une position moyenne, et si l'honneur et la splendeur des biens les plus élevés ne vient pas jusqu'à nous, la sentence éternelle ne nous condamnera pas comme des malheureux. Mais il relève en vérité d'une âme timide ou défiante, et n'espérant rien de particulier de la générosité divine, qu'un homme à qui est proposé ce qui est le plus élevé s'engourdisse dans de petites œuvres, et qu'il attache tant d'importance au confort de cette brève vie que cela lui dissimule le règne des siècles innombrables, ou que, devenu objet de mépris à cause de cette espèce de condition inférieure, il se repente trop tard de n'avoir pas recherché ce qu'il ne peut plus mériter, une fois achevée sa vie dans ce monde. 2. Ne répugne donc pas à nous enseigner, en te servant des textes sacrés, quelle est cette forme de vie plus élevée, quelle est la démarche de ce propos plus sublime, car l'effort ne rebute pas les faibles au point qu'aucune confiance en l'appel que Dieu leur adresse ne puisse les encourager, puisque, comme tu l'as dit toi-même, dans le domaine des choses que l'on prétend impossibles, le mérite ne dépend pas du temps, et il est peut-être plus facile d'agir qu'on ne le croit.

ZACHÉE. 3. «Étroit certes, et difficile est le chemin qui

ducit ad uitam^a, sed cum sint possibilia cuncta credentibus^b, in quantum ratio nostrae fragilitatis admittit, fastigia munerum diuinorum sub dei semper inuocatione quaerenda sunt, praecipue cum in nostro corpore dominus
 25 agens nihil penitus quod homo efficere non possit iniunxerit apostolis, dicens : *Ecce reliqui uobis exemplum quod sequamini*^c. Id est : excusatio impossibilitatis abscedat. Ea facere posse uos doceo, quae ipse non renui. Quapropter, *Si perfectus uis esse*, ut idem consulenti iuueni
 30 dominus ait, *uade, uende omnia bona tua, et da pauperibus, et ueni, sequere me*^d. Id est : oblitus respuensque terrena, caelestia concupisce, et, sicut ipse subiecit, thesauri spiritualis^e opibus abundabis. 4. Talis enim apud deum uoluntariae paupertatis est causa, ut temporarie
 35 inops factus, diues maneat in aeternum, et caducam saeculi dignitatem uel uoluptatem pro illius amore contemnens, caelestes delicias possessurus obtineas. Inexsolubilia itaque mundi istius uincla rumpenda, et quaedam facultatum et praediorum abicienda sunt onera, ut ad
 40 redemptorem nostrum peruenire cupientes, nullis delictorum necessitatibus urgeamur. 5. Quibus tametsi cum uoluntate ipsa peccandi necessitas abest, timenda nihilominus semper occasio est, ac nonnumquam sub honestis actibus culpa subrepens, ipso in euangelis sic protestante : *Qui non uendiderit omnia quae possidet*^f, et tulerit

24 praecipuo L || 26 iniunxit CP || relinqui CP n. *eras*. P || 28 ea : et CP || 31-32 respuens quae terrena sunt L || 32 ipse *om.* V || subiecit : subiecit V *a*¹⁻²*gm* + dicens M *a*¹⁻²*gm* || 33 talis : aliis CP || 35 maneat κ || 36 dignitatem uel *om.* β || 37 possessoris V || obtineat κ || 38 rumpenda : + sunt β || 39 praediorum : prodigiorum L || 40 peruenire : uenire CM || 41 tametsi : tamen sic CP tamen si LT || cum *om.* κ || 44 actibus *om.* CM || ipso in euangelis : in ipso euangelio sic ueritate [ueritate sic *transp.* *a*²*gm*] V *a*²*gm* || sic *om.* CP || protestante : testante V *a*²*gm*

II. a. Matth. 7,14 b. Cf. Mc 9,22 c. Jn 13,15 d. Matth. 19,21 e. Cf. Matth. 6,20; Lc 12,33 f. Lc 14,33

conduit à la vie^a», mais comme tout est possible aux croyants^b, dans la mesure où l'état de notre faiblesse le permet, il faut, en invoquant toujours l'aide de Dieu, rechercher ce qui, dans les dons divins, est le plus élevé, et cela d'autant plus que le Seigneur, agissant en notre corps, n'a absolument rien ordonné que l'homme ne puisse faire, lui qui dit à ses apôtres : «Voici que je vous ai laissé un exemple à suivre^c.» C'est-à-dire : que l'excuse d'impossibilité disparaisse. Je vous enseigne que vous pouvez faire ce que moi-même je n'ai pas refusé de faire. C'est pourquoi, «Si tu veux être parfait», comme le dit ce même Seigneur au jeune homme qui l'interroge, «Va, vends tous tes biens, et donne-les aux pauvres, et viens, suis-moi^d.» Cela veut dire : après avoir oublié et rejeté avec mépris les choses de la terre, désire celles du ciel, et, comme lui-même l'a ajouté, tu regorgeras des richesses d'un trésor spirituel^e. 4. En effet, voici ce qu'est, aux yeux de Dieu, l'objectif de la pauvreté volontaire : c'est que, étant devenu pauvre pour un temps, on demeure riche pour l'éternité, et que, méprisant pour son amour honneur et plaisir périssables de ce siècle, on obtienne les délices célestes pour en faire notre possession. C'est pourquoi les liens indénouables qu'on peut avoir avec ce monde doivent être brisés^f, et il faut se débarrasser de certaines charges que sont richesses et domaines pour que, dans notre désir de parvenir au Rédempteur, nulle contrainte poussant à la faute ne pèse sur nous. 5. Et pourtant, ceux qui, grâce à leur volonté même, ne sont pas contraints de pécher, ne doivent pas moins en craindre toujours l'occasion, ainsi que la faute qui se glisse parfois sous couvert d'actes honnêtes, comme le Seigneur lui-même le proclame dans les évangiles : «Celui qui n'aura pas vendu tout ce qu'il possède^f, et n'aura pas pris sa

1. Cf. Cic., *Lae.*, 76; Cic., *Off.*, I, 120; PLIN., *Ep.* II, 8.

crucem suam, et secutus fuerit me, non potest meus discipulus esse^g. Ergo nitendum est ut illius primum discipuli, post amici esse possimus. Cessat enim conditio seruitutis, si meritum spiritale succedat^h, ipso dicente : *Si feceritis quod mando uobis, ecce iam non dico uos seruos, sed amicos*ⁱ. 6. Hinc labor sic uiuentibus gratus est, et pro spe huiusmodi cunctis deliciis praestat iniuria; blanda humilitas, patiensque contemptus; uictus exiguus, pauperque uestitus; et in imperio spiritus carne depressa obliqua uitii studia discenda sunt: iram uincere, inuidiae nihil debere, colere mansuetudinem, arrogantiam detestari, respuere humanae gloriae uanitatem, et linguam, saeuissimum malum, ab obrectatione cohibere^j, ut sic exuuiis ueteris hominis absumptis^k non frustra illud apostoli recensatur : *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis*^l, imitatoresque illius simus, sicut ille Christi^m, fiducialiter usurpantes : *Nostra autem conuersatio in caelis est*ⁿ, et : *Pars nostra Dominus*^o, cum in haec semper intenti nec uisu recipimus nec auditu, quo aut 65 admitti delictum, aut admittendum soleat cogitari.

III. Quae instituta monachorum, uel quare a multis odio habeantur

APOLL. PHILOS. 1. Sufficenter interrogationis istius uota suppleta sunt, et ita uerae perfectionis merita patuerunt,

47 enitendum κ α¹⁻²gm || 48 possumus P || 49-50 si² - uobis om. κ || 50 quod: quae V || ecce om. BV || dico: dicam BV C α²gm || 51 hinc: hic B^{ac} α¹⁻²gm || 52 pro spe: prope V P om. CM || 54 in imperio: in imperia B LT α²gm mo imperitia V imperio κ || 55 inuidiae om. P || 56 debere: + eius M || detestare B^{ac} || 57 humanae: uanae V || linguae BV κ || 59 adsumptis C || 61 imitatoresque - ille: imitatores mei estote sicut et ego V || 63 est om. V || 64 intenti: -tionem V || uisum... auditum V || 65 cogitare V

g. Lc 14,27 h. Cf. Gal. 4,7 i. Jn 15,14-15 j. Cf. Sag. 1,11 k. Cf. Col. 3,9 l. I Cor. 15,49 m. Cf. I Cor. 4,16 n. Phil. 3,20

croix, et ne m'aura pas suivi, ne peut pas être mon disciple^g.» Donc, il faut s'efforcer de pouvoir être d'abord ses disciples, et ensuite ses amis. En effet, la condition de serviteur disparaît, si une dignité spirituelle prend sa place^h, comme il le dit lui-même : «Si vous faites ce que je vous ordonne, voici que je ne vous appelle plus seruiteurs, mais amisⁱ.» 6. C'est pourquoi l'effort est agréable à ceux qui vivent ainsi, et, pour une telle espérance, l'injustice subie est préférable à tous les plaisirs; douce est l'humilité, on endure le mépris; la nourriture est humble, et pauvre le vêtement; et après avoir abaissé la chair sous la domination de l'esprit, il faut apprendre les attitudes opposées aux vices : vaincre la colère, se montrer indépendant de l'envie, cultiver la douceur, détester l'orgueil, rejeter la vanité de la gloire humaine, et retenir sa langue loin de la médisance^j, mal le plus cruel, afin qu'une fois arrachées les dépouilles du vieil homme^k, on ne cite pas en vain cette parole de l'Apôtre : «De même que nous avons porté l'image de l'homme terrestre, portons aussi celle de l'homme céleste^l.» Et soyons ses imitateurs, comme il est celui du Christ^m, mettant en pratique avec confiance ces paroles : «Notre genre de vie est dans les cieuxⁿ», et : «Notre part d'héritage, c'est le Seigneur^o», en refusant, toujours attentifs à cela, de faire bon accueil par nos yeux et nos oreilles à ce qui, ordinairement, fait commettre la faute ou fait penser à la commettre.

III. Quelles sont les règles de vie des moines, et pourquoi ils sont détestés par beaucoup¹

APOLLONIUS. 1. Tu as suffisamment satisfait les désirs que j'avais en posant cette question, et les mérites de la

o. Lam. 3,24; Ps. 15,5

1. Cf. S. SEV., *Dial.*, I, 2 : *Quae instituta monachorum* (CSEL 1, p. 153, 25).

5 ut quidam animo experiendi feruor obrepserit, et uitae praesentis usum a totis delictorum occasionibus segregandi. Quae nunc igitur monachorum congregatio uel secta sit, uel quam ob causam etiam nostrorum odiis digni habeantur, exprome. **2.** Qui utique, si honesta sectantur, 10 neque a fidei unitate dissentiunt, imitandi sunt potius quam uitandi, quia, ut arbitror, eiusdem apud deum criminis atque peccati est, odisse bonos, cuius et noxios non uitare, dum fieri nullo pacto potest ut esse bonus malit, qui diligit malos, uel rursus malitiae stimulis non 15 agatur, qui, quamlibet bonitatis speciem praeferat, sit uere illud quod immerito in aliis exsecratur.

ZACH. CHR. **3.** Iusta aestimatione perpendis, huiusmodi propositum uitamque sectantes odio esse fidelibus non debere, ne sub incerto mentis arbitrio pro malis bonorum 20 ineatur offensa, et sicut scriptum est : *Qui oderunt iustos, delinquent*^a; et illud : *Vae his qui dicunt bonum malum, et malum bonum*^b. **4.** Multiplex enim obseruantiae istius forma est, ac sub uno propositi nomine diuersa genera monachorum, sed talis omnium causa, qualem in cunctis 25 ordinibus fore nosti, ut propter morum uarietatem sit etiam diuersitas uoluntatum. **5.** Vnde professio irreprehensibilis et sancta est. Sed quidam sub huius conuersationis uelamine odiis digna committunt, ac, licet dissimili arguan-

III, 6-7 segregari CM -garit LT a^1-2gm -gare P -garet V || 7 quae nunc: quenam B || 9 exprime V || 14 rursus: rursus P om. CM || 15 qui om. B^{pr.m.} || quamlibet: quam C || sit: sic CP a^1 non est B || 16 merito B^{pr.m.} || exsecratur B exercetur V || 17 perpendes V LT || 19 debere: -rent V om. C || ne om. V || 21 delinquent: -linquant B^{sec.m.} -linquent V a^2gm mo -liquunt T || et illud: et iterum g om. m || his: illis B || 21-22 bonum malum et om. a^2gm || 23 proposito p^{pr.m.} || 24 qualem: qualis LT || 27 est om. C || sed: et CP || 28 dissimili om. V

III. a. Ps. 33,22 b. Is. 5,20

vraie perfection me sont devenus si évidents qu'en mon âme s'est glissé un brûlant désir d'en faire l'expérience, et d'éloigner l'usage de ma vie présente de toute occasion de commettre des fautes. A présent donc, explique-moi ce qu'est la communauté des moines, ou leur secte, et pour quelle raison ils sont jugés dignes de haine, même par les nôtres. **2.** Certainement, s'ils recherchent ce qui est honorable et ne s'écartent pas de l'unité de la foi, il faut les imiter plutôt que les éviter, car, à mon sens, c'est, aux yeux de Dieu, un même crime et un même péché que de détester les bons et de ne pas éviter les méchants, puisque d'aucune façon, il ne peut arriver qu'on aime les méchants tout en préférant soi-même être bon, et en sens inverse, on ne peut pas, tout en montrant l'apparence de la bonté, être en réalité ce qu'on déteste sans raison chez les autres sans être soi-même entraîné par les aiguillons de la malice.

ZACHÉE. **3.** Tu estimes dans un juste jugement que ceux qui recherchent ce projet et ce genre de vie ne doivent pas être en butte à la haine des fidèles, de peur que, par suite d'une décision peu sûre, ne survienne un tort fait aux bons comme s'ils étaient des méchants, et comme il est écrit : «Ceux qui détestent les justes pèchent^a», et : «Malheur à ceux qui appellent le Bien Mal et le Mal Bien^b.» **4.** En effet, les formes de cette observance sont multiples et, sous le nom unique de ce projet de vie, il y a différents genres de moines, mais la condition de tous les hommes, telle qu'on la reconnaît à travers tous les états de vie, veut qu'en raison de la variété des caractères apparaisse aussi une diversité d'ambitions¹. **5.** C'est pourquoi leur profession est irréprochable et sainte. Mais certains, sous le voile de ce genre de vie, commettent des actes dignes de haine, et, bien que ces derniers

1. Cf. Cic., *Lae.*, XX, 74 (éd. R. Combes, CUF, Paris 1983, p. 46).

tur reatu, generaliter tamen a professione discedunt. **6.** Hi
 30 namque quorum inter deuiantes perditior animus est tem-
 porarie abstinentiam et continentiam simulant, et primum
 studiis lubricae familiaritatis irrepunt; captasque mulier-
 culas uanis opinionibus illudentes, in usum miserae cupi-
 ditatis illiciunt, dum aut muneribus inhiant, et foeda aua-
 35 ritiae lucra conquirunt, aut dolo subditas uincunt, et a
 proposito deuotae castitatis abducunt. **7.** Alii autem fide-
 liter inchoant, ardentique proposito iustitiae seruire^c con-
 tendunt. Deinde inconsideratius arrepta non perferunt
 atque a coeptis desistunt, uel certe inuidentium aut adgredi
 40 detrectantium persuasionibus molliuntur, atque ab instituti
 rigore discedunt. Tum remissioribus adsuefacti in omnem
 illecebram corporis redeunt, ac primam fidem irritam
 facientes^d, communis uitae ordinem laudant ut actum pro-
 positi durioris accusent. **8.** Vnde intellegis, non ab his
 45 eorumque similibus integritatem perdurantis industriae
 praedamnamdam, aut in labore sanctissimo sublimiter
 consummantium gloriam reuerentiamque minuendam,
 cum, sicut dictum est, persona magis quam ordo dis-
 pliceat, nec iure despici propter aliquos possit, quod
 50 magnanimiter seruatur a multis.

9. Hi autem uere modum professionis istius exse-

29 hi: illi *mo* || 31 abstinentiae L || 32 captasque *om.* V || 34 et:
 aut C || 35 aut - uincunt *om.* V || 36 proposito: desiderio B^{pr.m.} ||
 deuoto V || 38 inconsiderantius *a² g m mo* || 40 detrectantium: detrectant
 aut V || ab *om.* P || 41 remissionibus ad sua facta V || 44 ab *om.* CP ||
 48 cum: ut CP || est *om.* C || 51 autem uere: uero C

c. *Cf.* Rom. 6,19 d. *Cf.* I Tim. 5,12

1. Des griefs de ce type ont été adressés aux clercs et aux moines dans les dernières décennies du IV^e s. Voir *Cod. Tb.*, XVI, 2, 20 (loi de 370) ainsi que J.L. FEIERTAG, *Consultationes*, p. 98.

encourent des reproches différents, ils s'éloignent pourtant d'une manière générale de ce qu'ils ont professé. **6.** Parmi ces déviants, ceux dont l'esprit est le plus égaré simulent pendant un moment l'abstinence et la continence, et gagnent aussitôt du terrain par les soins d'une familiarité dangereuse; et, en se jouant par leurs vains propos de femmelettes qu'ils ont attrapées, ils amènent ces dernières à servir leur misérable cupidité, soit qu'ils convoitent d'elles des cadeaux et recherchent les profits honteux qui serviront leur rapacité¹, soit qu'ils viennent à bout de ces femmes après les avoir soumises par la ruse, et les détournent d'un projet de chasteté consacrée. **7.** D'autres, en revanche, demeurent fidèles au commencement, et s'efforcent en se passionnant pour ce projet de vie de servir la justice^c. Mais ensuite, ils ne persévèrent pas dans l'entreprise dans laquelle ils se sont engagés d'une manière trop irréfléchie et abandonnent ce qu'ils ont commencé, ou, du moins, ils se relâchent sous l'effet des conseils de ceux qui les jalouent ou de ceux qui n'ont pas voulu essayer eux-mêmes, et ils s'éloignent de la fermeté de leur règle. Alors, habitués à des pratiques plus relâchées, ils en reviennent à tous les plaisirs du corps, et, annulant leur premier engagement^d, ils font l'éloge de la manière commune de vivre afin de blâmer la réalisation d'un projet de vie plus rigoureux. **8.** Tu comprends donc que ce n'est pas à partir d'eux ou de leurs semblables qu'il faut condamner par avance la pureté de cette entreprise quand elle persévère, ou diminuer la gloire et le respect dus à ceux qui persistent, d'une manière sublime, dans cet effort très saint, puisque, comme je l'ai dit, c'est la personne qui déplaît plus que l'état de vie auquel elle appartient, et on ne peut pas dédaigner à bon droit à cause de quelques-uns ce que beaucoup observent avec grandeur d'âme.

9. Mais ceux qui suivent vraiment les usages de cette

quantur, qui, ut iam dictum est, abscissis penitus saeculi uinculis, in legis exercitatione uersantur, et promissa ad integrum praestolantes, praecepta ad integrum implere
 55 nituntur. Sed in his quoque obseruantiarum non parua distantia est, ac licet cunctis mereri cordi sit gloriam futurorum, alii tamen summis, alii mediocribus student.

10. Quidam etiam uelut in postremo sectae istius gradu parua obseruatione contenti tantum caelibes uiuunt. Vel
 60 numquam experti matrimonia respuentes, uel amissorum recordatione commoniti, secunda, si prima habuere, deuitant, dum alterum fere non cauentibus prouenit, ut aut quod in primis perdidierunt, non inueniant in secundis, aut rursus in consequentibus patiantur, quod caruerint
 65 in defunctis. 11. Hi, inquam, rebus communis conuersationis intersunt, et secreta non expetunt, uitae huius consuetudinem retinentes, ut, etiam si a delictis uacui fore possunt, occasione tamen subiaceant delictorum, dum lege corporis in diuersum trahente difficilius magna perficiunt,
 70 qui possunt mala uidere nolentes. Habitus his nec inhonorabilis, nec abiectus est, et aut idem qui omnibus cibus potusque communis, aut raro abstinens et in paucis recisus. 12. Psallendi perinde uigore non feruent, nullisque uigiliis nocturnam rumpunt quietem, non profusum,

56 cordis LT CP || gloria V || 57 alii¹ – student: alii tamen ommissa in mediocribus sic denique V || 58 postremo: extremo C || 60 experti: -ta B + habere β P || 64 sequentibus C || 65 inquam: + in V || 67 consuetudinis V || 69 trahentes CP || 70 nec om. C || 73 proinde P

1. Même polémique contre les *tantummodo continentis* dans l'apologie anonyme et difficilement datable (CPL 470) éditée par F. Blatt dans *Dragma. M. P. Nilsson dedicatum*, Lund 1939, c. 19, p. 90-92.

2. Cf. HIER., *Ep.* 123, 8 et AMBR., *Vid.*, 86.

profession sont ceux qui, ayant, comme je l'ai déjà dit, rompu complètement leurs liens avec le monde, se consacrent à la pratique de la loi, et qui, dans l'attente de la réalisation intégrale des promesses, s'efforcent d'accomplir les commandements dans leur intégralité. Pourtant, parmi ceux-là également, la différence entre les observances n'est pas moindre, et bien que tous aient à cœur de mériter la gloire des biens futurs, les uns s'y appliquent par les œuvres les plus élevées, les autres par des œuvres de qualité moyenne.

10. Certains même, pour ainsi dire au dernier rang de cette secte, satisfaits d'une observance réduite, se contentent de vivre en célibataires¹. Ou dédaignant le mariage pour n'en avoir jamais fait l'expérience, ou bien tenant compte du souvenir des conjoints qu'ils ont perdus, ils évitent, s'ils ont eu un premier mariage, d'en avoir un second, puisque l'une de ces deux choses arrive généralement à ceux qui n'y font pas attention: ou bien ils ne retrouvent pas dans un second mariage ce qu'ils ont perdu dans le premier, ou inversement ils subissent dans le mariage suivant ce dont ils avaient été exempts dans celui qui a pris fin². 11. Ceux-là, dis-je, participent à la manière commune de vivre sans rechercher les lieux retirés, respectant l'usage de cette vie-là; il s'ensuit que, même s'ils peuvent ne pas commettre de fautes, ils sont pourtant soumis aux occasions d'en commettre, car ils accomplissent plus difficilement de grandes choses, à cause de la loi du corps qui les entraîne en sens opposé, puisqu'ils peuvent voir le mal tout en ne le voulant pas. Leurs habits ne sont ni négligés ni crasseux, et leur nourriture et leur boisson sont soit celles qui sont communes à tous, ou, rarement, diminuées et privées de quelques petites choses. 12. De même, ils ne sont pas enthousiasmés par la ferveur de la psalmodie, et n'interrompent par aucune veille leur repos nocturne, ils fournissent à

75 sed tractabilem censum poscentium inopiae suggerentes. Fides calida est, non tamen feruens, et mens religiosa, non religioni penitus addicta.

13. Huiusmodi autem consuetudo potiorum est. Locis primum remotioribus habitant, etiamsi in urbibus degant, 80 ipsumque conuersionis ordinem non quidem iactanter ostentant, sed ab exhortationibus aliorum uelle suppressere peccati loco ducunt. 14. His conueniendi unus omnibus locus est, sed dispar manendi. Vestitus humilis, cibusque non blandus, nec interest, ex quo potissimum sitis, uel 85 quam uili liquore satietur, dum potandi arceat uoluptatem et uim corporeae necessitatis excludat. 15. Psallendi uero intentis crebra sunt studia, certisque horarum uicibus laudandi deum deuotio distributa. Iugis ieiunii usque ad uesperum labor, et opus diurnum, prout est scientia, exercetur a singulis. Proprium, quod alicui suppetit, non est, 90 et est commune, quod deficit. Ideo cunctis execrabilis torpor, et uictus nisi ex labore non congruens. 16. Iuncea perinde lectulis strata, paruisque uelaminibus permissum somno corpus obtegitur. Quin etiam supplicandi in nocte 95 statuta sunt tempora notaeque uigiliae. Numquam praeterea diei falluntur aduentu, sed strenuos semper pallentis aurorae tempus exsuscitat, atque ad offerendas deo laudes deuotio matutina compellit.

75 poscentem inopiam V || 79 degunt B LT P habitant C || 80 non quidem om. C || 81 aliorum om. C || 85 quam: aliquam V || arceat: ad V || uoluntatem B^{pc} || 87 certisque: ceterisque P ceteris quoque C || 88 deum om. P || 89 prout est: pro tota B pro tanta V || 90 a singulis proprium: singulis proprium B ac singulis proprium a^{2gm} || suppetat CM || 93 perinde: + in CP || lectuli B || 94 quin: cum P || noctem LT || 95 noteque C^{sc} nocteque LT C^{pc} P || 96 semper om. C || pallentis mo: psallentis LT psallentes V a^{2gm} fallentis κ a¹ surgentis B^{pr.m.} + al pallentis B^{sec.n.} || 97 ad om. V T CP a^{1-2gm}

1. Cf. HIER., *Ep.* 22, 35; S. SEV., *Vita Martini* 10, 7 (SC 133, p. 275).

2. Cf. S. SEV., *Vita Martini*, 10, 6 (SC 133, p. 274): *Nemo enim*

la misère des mendiants des ressources peu abondantes, mais acceptables. Leur foi est chaude, mais pourtant pas brûlante, et leur esprit est religieux, mais pas entièrement dévoué à la religion.

13. Voici en revanche l'habitude de vie de ceux qui se situent plus haut. Ils habitent tout d'abord en des lieux plus écartés, même s'ils vivent dans des villes, et ils n'étaient pas avec ostentation leur mode de vie, mais ils tiennent pour péché de vouloir y renoncer par suite des exhortations des autres. 14. Ils ont pour eux tous un seul lieu de réunion, mais un lieu de résidence différent¹. Leur vêtement est pauvre, leur nourriture n'est pas agréable, et peu importe avec quoi, avec quelle pauvre boisson ils étanchent de préférence leur soif, pour autant que cela écarte le plaisir de boire et exclue l'emprise d'une nécessité corporelle. 15. Dans leur ardeur pour la psalmodie, ils s'y appliquent fréquemment, et leur dévouement à la louange de Dieu est réparti en cycles d'heures déterminés. L'effort ininterrompu de leur jeûne se déroule jusqu'au soir et chacun, selon ce qu'il sait faire, travaille durant la journée. Ce qui est à la disposition de chacun ne lui appartient pas en propre², et ce qui manque, manque à tous. C'est pourquoi tous ont en horreur la paresse, et leur nourriture ne leur paraît pas méritée, si elle ne provient pas du travail. 16. De même, leurs lits consistent en nattes de joncs³, et de petites couvertures recourent leurs corps pendant le sommeil qu'ils s'accordent. Et même, ils fixent pendant la nuit des temps de supplication et des veilles déterminées. En outre, le lever du jour ne leur échappe jamais, mais l'heure de la pâle aurore les réveille, toujours alertes, et leur dévotion matinale les pousse à offrir des louanges à Dieu.

quicquam proprium habebat, omnia in medium conferebantur.

3. Cf. HIER., *Ep.* 22, 35.

17. Hi autem, quibus primus obseruantiae gradus est,
100 soli heremum ac squalentia deserti loca habitant, uerisque
uocabulis nuncupati singularem transigunt uitam. Aut
cauatis in habitaculum saxi, aut subterraneis specubus a
sole et imbris temperantes, pane uetere et sine ciborum
adiectioe uescuntur, sumentes purum e fontibus potum.

105 18. Vestitus talibus aut pellicius aut cilicinus est, et totius
uitae usus in agone mentis et corporis. Iam uero ad deum
incessabiles preces, ac supplicatio in sacrificii uicem cedit,
uel, si quando ab oratione cessatur, psallendi gratia canitur
laus diuina, et alacritas mentis exercitio religiosae iucun-
110 ditatis accenditur. 19. Inest praeterea multifaria daemonum
turba, et dolis immundorum spirituum uictrix constantia
saepe congregitur. Continuatio adsidua ieiunandi, noc-
tesque peruigiles, et aut sine fulcris humo corpuscula
decubant, aut saxo paulisper deiecta durantur, ut somnus
115 non agi uideatur iniuriosa breuitate, sed pelli.

20. Haec monachorum diuersitas, et talis spiritaliter
degentium caelestis in terris agitur disciplina. Pro dei
autem nomine uotiuua mors omnibus, atque optabilis sancti
exitus pompa, dum nulla in saeculo compensatur iniuria.
120 Quod et sublimi honore munerandum est, et sine ulla
temporum mutatione mansurum.

102 aut subterraneis: siperraneis aut subterraneis *mg*. B^{sec.m.} sub-
terraneis V LT κ a¹⁻²gm om. B^{pr.m.} || 103 et¹: in C || uetere *conieci*:
-ri β P^{ac} *edd.* -ris CPP^c || 104 purum: parum V || 106 usus om. C ||
107 incessabiles: ita acceptabiles V || ac: unde et CM || 109 mentis
om. κ || 111 dolis om. V || 114 deiecta: proiecta LT CP a¹ || 117 dis-
ciplina: uita CM || 118 uotiuua: uoti B || uotiuua - optabilis: deuotio et
amor omnibus amabilis V || 119 compensantur CM || 120 munerandum:
uenerandum C || et sine om. V || sine ulla: si nulla C || 121 man-
surum: -rus C + est B LT

17. Quant à ceux qui ont le premier rang dans cette
observance, ils habitent seuls les étendues incultes et les
lieux arides du désert, et, appelés par leurs vrais noms,
ils sont ceux qui mènent une vie solitaire. Tout en se
protégeant du soleil et des pluies au moyen de rochers
creux qu'ils utilisent comme habitat¹, ou de cavernes sou-
terraines, ils se nourrissent de vieux pain sans autre nour-
riture, tirant des sources une boisson pure. 18. Leur
vêtement est en peau ou en cilice, et la conduite de
toute leur vie consiste en un combat entre l'esprit et le
corps. Dès lors, ils font monter vers Dieu des prières
incessantes et leur supplication tient lieu de sacrifice, ou
si, parfois, leur prière s'arrête, c'est alors la louange de
Dieu qui est chantée par la psalmodie, et l'enthousiasme
de leur esprit s'enflamme dans l'exercice d'une allégresse
religieuse. 19. En outre, une foule variée de démons se
tient auprès d'eux, et, contre les ruses de ces esprits
impurs, leur fermeté victorieuse entre souvent en lutte.
La poursuite du jeûne est assidue, les nuits se passent
en veilles, et leurs pauvres corps sont allongés à même
la terre, sans appui, ou s'y endurent, jetés pendant
un moment sur le roc, afin que le sommeil ne semble
pas introduit par ce petit moment pénible, mais repoussé.

20. Voilà la diversité des moines, et telle est, mise en
pratique sur cette terre, la discipline céleste de ceux qui
vivent spirituellement. Tous ont comme vœu de mourir
pour le nom de Dieu, et souhaitent la magnificence d'un
saint trépas, tandis que, dans le monde, aucun dommage
n'est équivalent à celui-là. C'est cela qui doit être récom-
pensé du plus haut honneur, et qui va demeurer sans
aucune altération au cours des temps.

1. Cf. S. Sev., *Vita Martini*, 10, 5 et le comm. dans SC 134, p. 673.

IV. *Si fideles monachi ex dei
praecepto haec gerant*

APOLL. PHILOS. 1. Magna est quidem talium praedicatio
uirtutum, et in dei uoluntate uel laudibus famulantium
5 seruitus gloriosa, quoniam huiusmodi studiis et pernicio-
sae uitae istius blandimenta uitantur, et perennis beatitudinis
praemia conquiruntur. 2. Singula tamen, quae a fidelibus
monachis agi superius meministi, ex dei momentis manare
praecepto, ordine coeptae informationis ostende. Nam
10 procul dubio clarum est incerti eadem esse momenti, si
non ex eius auctoritate suscepta sunt, a quo et mune-
randa creduntur.

ZACH. CHR. 3. Specialis primum expetendorum secre-
torum monachis causa est, ut peccati, sicut iam dictum
15 est, etiam occasionem deuitent, et, quibus uoluntas in
proposito recta est, actus alius esse non possit; simul
denique ut bellum contra saeculum suscepturi nulla mundi
frangantur illecebra. 4. Feruens enim in Spiritu fides rebus
illius inimica est, sicut Iohannes in epistola sua praedicat,
20 dicens: *Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo
sunt. Si quis dilexerit mundum, non est caritas Patris in
illo, quia omnia quae in mundo sunt concupiscentia
carnis, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi est*^a.
Iacobus similiter: *Nescitis, fratres, quia amicitia huius
25 mundi inimica est deo? Et quicumque uoluerit amicus
esse huius saeculi inimicus dei constituitur*^b.

5. Vestitus autem humilitatem, et iugem ieiuniorum

IV, 1 si: quae B || ex: a LT || 2 haec om. B || haec gerant: dege-
nerant L || 4 famulantium uel laudibus V || famulantium: om. BLT κ
a¹mo || 8 momentis om. LT || 8-9 ex - praecepto: ex dei munere V ||
10 momenti om. κ || 11 ex om. β CM *edd.* || 16 recto P || 18 fran-
guntur T || spiritum LT || 21 diligit V || patris: dei CM || 26 huius om.
LT P a¹ || saeculi huius C || constituetur BVT^{ac} a¹⁻²gm

IV. a. I Jn 2,15-16 b. Jac. 4,4

IV. *Si les moines fidèles font cela
sur un ordre de Dieu*

APOLLONIUS. 1. Certes, l'éloge qui revient à de telles
vertus est grand, et glorieuse la soumission de ceux qui
sont au service de la volonté de Dieu et de ses louanges,
puisqu'on évite par de tels efforts les pernicioeux agré-
ments de cette vie, et que l'on recherche les récompenses
de l'éternelle béatitude. 2. Pourtant, montre-moi, confor-
mément à la méthode de l'enseignement que tu as
entrepris, que chacune des œuvres dont tu as rappelé
plus haut qu'elles étaient réalisées par les moines fidèles
découle d'un précepte de Dieu qui invite à faire cela.
En effet, il est parfaitement clair que leurs œuvres sont
d'une valeur contestable, si elles ont été entreprises sans
l'autorité de celui dont on croit en recevoir la récom-
pense.

ZACHÉE. 3. Tout d'abord, les moines ont une raison
particulière de rechercher des lieux retirés: c'est, comme
je l'ai dit, afin d'éviter même l'occasion de pécher, et
pour que leur volonté qui est droite dans leur projet de
vie ne puisse pas avoir une conduite en désaccord avec
elle; c'est aussi finalement afin qu'aucune séduction du
monde ne vienne les briser alors qu'ils s'apprentent à entre-
prendre une guerre contre le siècle. 4. En effet, une foi
brûlante dans l'Esprit est l'ennemie des affaires du monde,
comme le dit Jean dans son épître: «N'aimez pas le
monde ni ce qui est dans le monde. Si quelqu'un aime
le monde, l'amour du Père n'est pas en lui, car tout ce
qui est dans le monde est concupiscentie de la chair,
concupiscentie des yeux et ambition du siècle^a.» De même
Jacques: «Ignorez-vous, frères, que l'amitié pour ce
monde est ennemie de Dieu? Et quiconque aura voulu
être l'ami de ce siècle se pose en ennemi de Dieu^b.»

5. Que, par ailleurs, la pauvreté du vêtement, l'effort

laborem deo acceptabilem fore Daudid specialiter indicat dicens: *Ego*, inquit, *cum mihi molesti essent, induebar*
 30 *cilicio, et in ieiunio humiliabam animam meam^c*; et iterum: *Posui uestimentum meum cilicium^d*; et: *Panem meum cum cinere commiscebam, et potum meum cum fletu temperabam^e*. 6. Dominus uero Iohannis habitum praedicans, ait: *Quid existis in desertum uidere? Hominem*
 35 *mollibus uestimentis indutum? Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt^f*, ibi scilicet cultum fore indicans habitum, ubi et usum in uoluptatibus abundantem. 7. Erat enim uestitus illius de pilis cameli, id est, etiam lanarum mollitie habitus carens. Zona perinde
 40 pellicia cingebatur, et uinum ac siceram non bibens^g edebat locustas et mel siluestre^h. Elegantis paratorisque conuiuii copias non requirens, eo tantum utebatur, quod electae conuersationi nec inferret luxuriam, nec gigneret sumptum. 8. Vnde Heliae magnum iter ex dei iussione
 45 subituro aqua tantum ab angelo et uilis ponitur panisⁱ. Danihel uero, ut desideriorum obtineat effectum, desideriorum poculis ciboque non fruitur^j. Ipse denique dominus in ieiunio et humilitate diabolum uicit, sicut apostolus ait: *Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens^k, ut nos*
 50 *et paupertate illius diuites fieremus^l, et iniuria saluaremur^m*. 9. Qui tamen cum in eodem susceptam ex gentibus gubernare uellet ecclesiam, abstinentiam quoque

32 miscebam LT P a¹⁻²gm || cum - meum om. C || 34 deserto V || 35 uestimentis indutum: uestitum V || indutum om. C || 38 uestis CP || camelorum P || 39 habitu L || 41 siluestre: + cibum B || 42 ea C || quo V LT C a¹ qui B || 44 unde: + et B || 46-47 desideriorum: transp. post ciboque L om. a²gm mo || 47 dominus: deus V || 48 uincit LT P a¹⁻²gm || 50 et¹ om. B || et²: + ab κ a¹⁻²gm || 52 uelit LT κ a¹

